

De
dio
eſt
ros
s v
e: p
ter
pora
tra
rpo
erca
riar
lo.
xer
y
la
fica
den
le ſ
m
Sab
zer
eſo
r

2

Est. 2. MS. Tab. F.

El Indice al fin.

Ms. fol., pergamino, falto de una hoja al principio, completo en lo demas, bien tratado _ 318. folios.

Roulaca = Relect. Iur. utriusq. t. 9.

Repetitio Scholastica, et ad Praxim Utilis, de Expensis Studiorum in legitima non imputandis ad Ulpianum; in l. qui Pater Filio. 50. ff. familiae Erciscundae.

A D. D. Frey Didaco Bezerra, Alcantaren. ac Imperialis Collegii Dignissimo Rectore, ac nunc Voluminis Cathedrae Sapientissimo Praeceptori in hac Salmanticensi Universitate.

Laus Deo optimo maximo.

Anno Reparatae Salutis 1676.

1 Aggrediar, (Auditores nobilissimi) dum putaveris secundum Iuris civilis professoribus, utile pragmaticis et vobis praecipue stim[illegible] [illegible] qui expensis Parentum Studio Iurisprudentiae vacatis, ut quidquid ab eis studiorum causa erogatur, in legitima portione non esse imputandum, sciatis quod sane magnum privilegium est Scholasticorum: id profecto aequissimum nisi lex quis fieret, valeat, debeat inter filios aequalitas servari, in bonis parentum, ex Divo Ambrosio et Sanct. Patriarcha, cap. 2. ibi: iungat liberos aequales gratia quos iunxit aequalis natura. Et late eruditeque exornat Tiraquellus de Iure primog. q. 1. In studiosis causa proponitur, ut filii, qui studio vacant, caeteris fratribus praeferantur: quis enim eorum non misereatur (ut verbis utar Federici Autent. habita C. ne filius pro patre) qui amore sciendi exules facti semet ipsos exinaniunt, multis periculis exponunt. Quare tot in iure inveniuntur privilegia studiosis concessa, quae congessit [illegible] in tract. de privileg. scholar. ubi centum et octoginta ducit, inter quae hoc ab Ulpiano propositum in nostra l. 50. ff. famil. ercisc. maximum obtinet locum. Illud Deo favente paucis exponere curabo, per multos [illegible] qui [illegible]

nri tx. egererent. Id forte n. erit otiosus ner labor, q. studuimus eorum doctrinas recto ordine deponere, brebiori ac faciliori methodo digerere, multaq. adiicere, que omiserunt Scriptores.

2. Proponit ita Ulp. in nra lg. 50. famil. ercisc. q. ea qe Pater filio emancipato studiorum causa subministravit, n. debent imputari in legitimam portionem, qe ad eundem filium ex bonis ipsius Patris defuncti pervenire debet: nisi ea subministratio credendi animo facta fuerit: quonique tunc in legitimam deputatur, quod qd hac ratione erogatum est. Hec e Ulp. decisio ex qua sequens deducitur conclusio: que pater subministravit filio emancipato studiorum causa, n. deputantur in legitimam portionem, nisi animo credendi erogata sint.

Quare conclusio, ut iacet, nullo Iuris civilis testimonio comprobatur, qa unica e in sua specie Ulp. decisio, eam tn quoad rationem firmant tx. in lg. 27. §. 1. lg. 34. versic. propterea. lg. 41. ff. de neg. gest. lg. 1. lg. 11. lg. 13. lg. 15. C. eod. lg. 11. C. de capt. privis. lg. eod. si 14. §. si interdum. et §. 11. ff. de relig. et sumpt. fun. eandem regio firmant expresse nram assertionem tx. in lg. 3. tit. 4. part. 5. [illegible] part. 6. illustrant eam preter Bartol. et alios Antiquores in nro tx. [illegible] Ant. fab. ibi, idem Faber de error. decad. 41. err. 7. Rebuffus de [illegible] scholar. privileg. 63. Barbos. in lg. 1. p. 7. ex n. 28. ff. soluto matrim. Ovalle ad Donel. lib. 12. cap. 4. duplici lit. X. Ant. Gom. in lg. 29. tauri n. 16. Avendaño, in eadem lg. 29. glosa 3. n. 5. et 6. Garcia de expensis cap. 4. n. 1. q. alios referunt.

3. Sed ut more Academicis Professoribus geram, sic adversus nri tx. conclusionem argumentor: si propter aliquam rationem filius emancipatus n. deputat expensas a Patre factas in studiis, maxime, qa donatio a Patre presumuntur amoris, et pietatis ratione, ut satis liquet ex nro tx. et argumento eorum, quos aducimus in exornatione, iuncta lg. 6. ff. de [illegible] affectio, ac pietas Paterna n. facit, ut donatio presumatur, igitur [illegible] ppe nititur Ulpiani decisio. Maior pr. ex lg. Nesennius 34. de neg. [illegible] proponitur Avia aluisse Nepotem, et in dubio censetur n. prestitisse animo donandi: et similiter in nro casu, vel in nra specie, qa [illegible] Patris voluntas n. constat, concendum e, n. animo liberali subministrasse [illegible] alimenta, cum in d. lg. 34, in Avia n. inducatur presumptio donationis, in qua [illegible] sanguinis coniunctio, et affectio invenitur. lg. Gaius 45. soluto matrim. iuncto Tiberio Deciano, consil. 23. n. 9. et in Patris probatur asumptum ex difficili tx. [illegible] lg. ult. ff. de pet. hered. ubi quis prerogabit in honorem filii retinet ex bonis, qe [illegible] ad filium pertinere, imo officio Iudicis erogata petere pot, n. alia perfecto nisi qa n. animo donandi ea fecit, lz nihil fuerit potestatem. n. qe recte supp[illegible] donationem tacite interveniss in nra hypothesi, et qua veritate qd filio n. imputetur in legitimam expense.

4. Deinde, et si concedamus, donatio presumi in [illegible]

leg. 50. adhuc asserere debemus, imputandum esse filio in suam legitimam, quod quod studiis causa erogatum est a patre, nam donationes factae in filium emancipatum, post mortem patris conferuntur, si velit cum fratribus succedere in bonis paternis. leg. ut liberis 17. Cod. de collationibus, ut docet cum multis Richard. in §. 20. inst. de action. in maa de collationibus artic. 3. n. 10. igitur asserendum est, quod donatio expensarum, causa studiis facta, imputari debet filio, si voluerit cum aliis fratribus succedere; cum collatio, et imputatio magnam habeant communionem, ut plane ~~tradit~~ ab Ant. ~~[illegible]~~ Gomez, in leg. 29. taurin. n. 38, et in casu de quo loquimur necessario collatio includere debet imputationem.

Augetur haec difficultas ex eo, quod filios in potestate existentes, qui conferre non debent donationes a patre factas morte confirmatas leg. filius 18. Cod. familiae herciscundae. leg. 2 Cod. de collat. iunct. Anton. Gomez in d. leg. 29. n. 26 Carreatus lib. 4. select. cap. 8. conferre tenent donationes ob causam factas, quia in his non credit patrem animo liberali eas fecisse, sed potius, ut repraesentet partem debitam ex eius bonis d. leg. ut liberis et leg. penult. et authentica ex testamento Cod. de collationib. et tradunt Matienzo in leg. 3. tit. 8. glos. 1. n. 5. lib. 5. recopil. praecept. vicus Dom. Betes de donat. cap. 10. n. 8. qui alios adducit, sed erogata a patre in filium studiorum causa donatio ob causam censenda est, ut scilicet filius bonis artibus imbuatur ut multi docent: quod filius emancipatus, qui simplices donationes conferre tenet, multo magis et hanc ob causam conferre debet, et imputare, in qua nulla est differentia inter eum, et existentem in potestate. Casum difficilem reddit sententia Ulpiani, quippe causam dotis, et studiorum aeque favorabiles dicit beate Bart. in leg. 1. in prin. ff. solut. matrim. et sequuntur eum Gomez Arias in leg. 29 tauri n. 34. Petrus Barbosa in d. leg. 1. parte 7. n. 24. et alii; sed dos a patre filiae data imputatur et confertur leg. quoniam 2. cod. de inoffic. testam. d. leg. ut liberis 17 cod. de collat. ~~et~~ docent Ant. Gomez in leg. 29 tauri n. 10. et ibidem Acevedo glos. 1. Molina de iust. et iur. disp. 200. n. 7. quod et accepta studiorum causa imputari, et conferri debet.

5 Porterea impugnatur altera nostri thr. decisio in vers. si non reverendi, ubi Ulpian. exemptionem tradita doctrina apponit. nimirum, tunc filium debere imputare in portionem suam expensas studiorum, quando pater credendi animo, id est non donandi, sed anticipandi legitimam (ut explico) eas subministravit, quae exceptio difficilis ex sequentibus rationibus. etenim certum est, quod agentis animus non attenditur in his, quae necessarie debet facere, neque obest quod illum testa-

at

ut ex leg. 61. tauri notat ibi Anton. Gomez n. 5. ... 4. 6. Consil. 944. n. 41. ...
infert q. a iure publico pendent nihil operat. voluntas disponentis, ut mihi probat
optime ... in leg. Cerdone 42 ff. de operis libert.; sed sic est, q. pater tenet.
iure cogente erogare necessaria alimenta ad filij studia; ergo quis animo credendi
ei subministrauit, illa n. debent imputari, cum aius et protestatio illius nil possit
operari. Assumptio probo: pater tenet. iure nati filio alimenta praestare leg. 1.
§. ius nale de iust. et iure cap. ius nale 1. dist. Cicero lib. 3. de finibus Natu
ra, ait, ipsa impellimur, ut eos, quos genuimus, nutriamus, et amemus, ut
probat Ovalle lib. 22. Commen. cap. 4. lit. A. Barbos. in collect. ad lap. ius
nale n. 38. Molin. lib. 2 de primogen. cap. 1. n. 46, nec ulla distinctio
est int. suos, et emancipatos leg. 5. §. 1. de liber. agnoscend.; et erogata, studiorum
causa, alimentorum noie continentur. leg. 3. §. inverbis. 5. leg. 1. ff. ubi pupillus educari debeat,
leg. fin. C. de Alimentis pupillo praest. et tradit Valen. 3. illustr. tract. de suorum
heredum success. cap. 1. an. 6. (ibi exponit leg. repetere ff. de alimentis, et ib. legem) q.
patris animus nihil facit, et imo indistincte asserendum est, n. imputari sumptus stu
diorum in legitimum filii, cum ad alimenta causa pertineat, quae nunquam imputentur, ut do
cet Surdus de alimentis tit. 8. q. 2. a n. 2. et tit. 9. q. 54. Molina de Iust. et Iure.
disp. 308, et est ... Ad ... accedit, q. traditur cap. 7. Ecclesiastici ... vers. 25.
ibi: si tibi filij sunt erudi illos. et Prob. cap. 29. vers. 17. ibi: Erudi filium tuum
et refrigerabit te. et dabit animae tuae delicias. Heli sacerdos (ait D. Maximus
in cap. legat. 37. dist.) ipse santus fuit, et q. filios suos n. erudiuit in omni disci
plina, et correctione supinus cecidit, et mortuus fuit. Exornant Rebuffus
privileg. 53. et Diana part. 8. tract. 6. resolut. 23. n. 9. ex quo apparet,
obligatos esse parentes ad instruendos filios, simulque ut bonis artibus im
buantur.

6. Idque confirmatur assumptum ex leg. 2. §. 7. §.
qd. dicitur macedoniani; leg. Macedoniani. 5. C. eod. tit. ex quo ... constat, Senatus
Consultum Macedonianum cessare, qd. filio in potestate existente, et studiorum causa absente
si aliqua pecunia credita est ... illius quantitatis, quam pater mittere solebat. in
quo casu et ... filius absque exemptione ulla datur actio, et ... patre de in rem verso,
ut accidit, qd. filio alimenta praestantur ab extraneo. leg. 3. §. proinde. 3. de in rem
vers. iuncta leg. filio 42. de C. et D. Quod expresse confirmat leg. 6. tit. 1. part. 5. ibi
Greg. lopez, et optime Gutierrez in autentic. Sacramenta puberum. a n. 71. ubi
explicat leg. 4. tit. 7. lib. 1. novae recopilat. quae n. intelligenda est, qd. filio in stu
diis agenti aliquid mutuatur, et ille superflue id expendit, n. vero qd. necessaria; quo
adhuc qd. mutuans utiliter exedidit ad praedicta alimenta, quae necessario filius indi
gebat, quamuis ille eam pecuniam profunderit postea, quae dirigauerit, n. ideo minus conced.
debet actio mutuanti, q. sufficit, qd. ab initio utiliter data sit, argumento leg.

in.

in leg. 10. §. 1. de neg. gest. et leg. 1. §. 9. et leg. fin. ff. de exercit. act. Pater igitur
obstrictus est ad praestationem eorum, quae filii erogant in universitatibus studiorum causa, et non
quae expendi possunt, ex in leg. siquis. 5. §. non tantum. 12. ff. de lib. agnosc. ubi ner Ulpian.
ait, Patrem cogi posse a Iudice non solum alimenta, (ut victum et vestitum) sed etiam cetera
omnia praestare filio. Quid per cetera omnia intellexisse putamus, nisi onera studiorum
vel artificii secundum Patris, et filii qualitatem? et recte intelligit Bart. in d. n. 5. in
princ. quod si Pater cogi potest ad expensas subministrandas filio literis vacanti, non
poterit eas animo credendi dare, et ad id teneatur, sicut non valet victum, et vestitum
filio praestare hac intentione, ut consequatur [illegible] etc.

7. His tamen non obstantibus a veritate [illegible] decisionem ex
lege, quae ut recte percipiatur, pro eius illustratione animadverto: quod Pater, qui filio studiorum
causa misit in aliqua Universitate, aliove loco, censetur tacite donare expensas
quas ei subministravit, discendi causa; quod licet exprimatur, tacite inducitur ex pietate
Paterna, quae animo liberali eas fecit; quamvis enim donatio non soleat praesumi, cum donare sit
perdere, leg. filius. 7. ff. de donation. et nemo credatur pecuniam, et substantiam suam iactare
velle, leg. cum de indebito. 25. ff. de probation. inde fit, ut nunquam praesumatur liberalitas, ni-
si de ea constiterit, ut satis constat ex d. leg. 25. et ex cap. sup. 3. de renuntiat. et cap. 2.
de restitut. spol. et tradunt Ant. Gomez lib. 2. Var. cap. 4. n. 5. et relati ab eo Ayllon,
Lainez ibi. n. 6, tamen aliquando praesumitur, et clare si aliquae sint coniecturae, quae faciunt dona-
tionem inducere. inter quas solet praesumptionem praecipue praestare coniunctio sanguinis inter dantem et
accipientem. leg. procula. 26. ff. de probationibus. argumento textus, ex quo mihi probatur in leg. cum alii
enarras. 10. C. de probat. et docent Dominus Barbos. in leg. quum dotis. ex n. 24. ff. solut. matri.
D. Aretes de donation. cap. 8. n. 30. ubi alias coniecturas adducit. Hac sanguinis ratione si 3
Mater quis in filio aliquid erogavit, donationis causa intelligitur. leg. 1. C. de alimenta. 11.
C. de neg. gest. leg. liber. 13. C. de captiu. et ex. et faciunt textus in leg. 35. tit. 14.
part. 5. leg. 86. tit. 12. ead. part. Iunctis Cuiacio lib. 1. quaest. Pauli in leg. 34. de neg.
gest. Mascardo de probation. concl. 76., et videndi sunt textus adducti in exornatione huius nostrae
n. 2. in quo convenit, quod in specie nostrae leg. 50. expensae factae a Patre in filium
studiorum causa, donatae censeantur ob affectionem paternam, ut docuerunt [illegible] in illis verbis
ob pietatem ductus. sicut in casu leg. Aurelius 28. §. Titius. 3. ff. de liberat. legata.
praesumptio paternalis affectus facit, omnia Patri videri concessa, nisi aliud testatorem sen-
sisse appareat, quanto magis praesumptio naturalis affectus Patris erga filium facit, omnes expen-
sas videri concessas, nisi aliud probetur, cum magis diligat Pater filium, quam vice versa Patrem,
et quo tamen noto, cum tacita liberalitas inducitur ob rationem dictae affectionis, etiam in
praeiudicium aliorum filiorum testatoris; et non mirum sit in nostra hypothesi idem contingat, etsi
ad sint alii filii fratres illius, in quem intelligitur donatio expensarum collata.

Quamvis solius filii emancipati fiat mentio in nostro
textu, non ideo excluditur filius constitutus in potestate, si illi Pater subministravit
expensas studiorum causa, ut contra docent Dd. nam donari etiam intellexerunt. quippe
licet iure civili inspecto donatio inter Patrem, et filium existentem in Patria potesta-
te

de nullæ sint ppt identitatem psonarum et reacquisitionem leg. 1. § 1. pater, filio ff. de donato, et tradunt Menochius latius de arbitrarijs casu 132 Anton. Gomez in leg. 27. Tauri, Gutierres de iurament. confirmat. cap. 4. et 5. et optimè explans Dom. Vetes de donat. cap. 10; tamen hanc expensarum donationem validam esse non obstante de patria potestate docet Petrus Barbos. cum multis in leg. 1. pte. 7. n. 29 et 30. ff. solut. matrim. quod quid dicat Anton. faber de errorib. decade 41. errore 7. quod mihi pbat sequentibus rationibus. etenim ratio reacquisitionis orta ex psonarum identitate facit, ut donatio non consistat int patrem et filium ut dixi: sed in hac expensarum donatione non pot considerari hæc acquisitio, cum expensæ deseruiant ad filij alimenta, quæ cotidie consumit; ideo statim debet effectum sortiri donatio. proba consequentiam: tunc donatio int patrem et filium subsistit, quando cesat illa reacquisitio leg. 1. leg. 4. leg. 8 de castrent. peculi. leg. 1. cod. de castrens. pecul. milit. lib. 12. et tradit signanter Dom. Vetes d. cap. 10. n. 3. quis nri casus non meminit: sed in psentiarum cesat reacquisitio, ut vidimus: quod illico valet donatio. insuper pdictæ expensæ continentur sub nomine alimentorum ut supra dixi, et infra apparebit; atqui causa alimentorum multi est, nec in ea attendit ulla ratio civilis leg. si quis 11. leg. 17 ff. de aliment. et cibar. legat. leg. penult. iuncta leg. 8. ff. de capit. minut.: leg. cum Ulpianus 16. ff. de donat. int vir. et uxor. ergo inspecto iure non donatio expensarum studij causa facta subsistere debet cum alia sit psona patris, alia filij.

9 Atque respu harum expensarum donationis nulla est diffa inter filium existentem in potestate et emancipatum; valet utique int utrumque collatio, quis in donatione aliarum rerum aliud pcedat, quoniam facta emancipato statim valet sed suo ppt rationem identitatis non consistit, confirmat tamen patris morte, et sibi pcipuum eam et filius retinet absque eo, quod imputet in legitimam, nec conferat d. auth. lib. §. consene. tit. de donat. tt. leg. 2. cod. Gregorian. famil. erciscund. et disputat sic videndus Dom. Vetes ubi supra n. 6. secus pcedit in emancipato, qui dicet non indigeat morte patris ad confirmationem, quod statim valet, tamen mortuo parente eam donationem imputat in legitimam, et confert fratribus, si cum eis ab intestato succedere vellit leg. ut liberis 21 cod. de collat. ex qua diffa pvenit, quod in specie nri textus mentionem faciat filij emancipati, et non existentis in potestate: quoniam supposita tradita doctrina, et diffa int utrumque filium respu imputationis et collationis donationum magis dubitari poterat de emancipato quam de suo, an eas expensas studiorum deberet imputari in portionem suam, cum alias quæcumque donationes compu-tet. sed hic omnes J.C. in nro textu opinat arbitrium, omnino ijs expendendum non

de

debere in dividenda hereditate inter fratres facere, ut sumptus studiorum erogatos in emancipatum, computentur illi, ratione huius legis Ulpiani tradunt Ant. Gom. in leg. 22. Tauri. n. 16. vers. sed his non obstantibus. Richard. de attic. 3. n. 52. Valent. tom. 3. tract. de suor. hered. success. cap. 1. n. 9. Idque, quia hae expensae studiorum alimentorum nomine veniunt, quae Parentes, quae iure sanguinis educandi necessitatem habent, Cap. Iusnale. 1. dist. leg. 1. §. Ius nale. ff. de Iust. et Iur.; et cum alimenta non conferantur, nec imputentur ut certa, et absque dubio data est, hinc provenit, quod predictae expensae studiorum in legitimam filii emancipati non computentur. Quo autem alimentorum nomine comprehendantur, probant tex. in leg. 4. ff. ubi pup. educ. deb. leg. fin. C. de alim. pup. praestand. ut docent Grabeta, tom. 1. Cons. vol. 199. n. 3. Rolandus a Valle, Volum. 1. cons. 32. n. 8. et alii multi.

10. Sed licet haec ratio mihi probetur, adhuc non recte explicat nostri tex. decisionem, quoniam si hae expensae studiorum alimentorum nomine venirent, sequeretur, quod non posset facere Pater, ut computentur, sicut facere non valet, ut vestitus et cibus in computationem veniant; at quia eas potest erogare non donandi, sed credendi animo, ut apparet ex nostro tex.: quare tradita ratio non convincit. alii dicunt, Patrem teneri ad expensas necessarias, ut filius discat primas disciplinas, nempe grammaticam et Rhetoricam non vero maiores, ut theologiam, Iurisprudentiam et similes, ut illae nunquam imputari valeant, isto vero sic, si Pater hoc animo eas fecerit. ita Barth. in leg. 1. §. nec castrence, de collat. bonor. Rebuffus, privil. 55. vers. intellige. Garcia, de expensis cap. 3. n. 47. et alii, sed ex hac ratione procul dubio sequeretur, quod semper filius teneretur imputare in suam legitimam expensas maiorum studiorum cum sit eadem ratio, in hac donatione ac in qualibet alia, quae emancipato imputari debet, ut diximus. Lara de alim. §. nisi. an. 3. defendit, Patrem obligatum esse ad omnes expensas, etiam maiorum studiorum quem sequitur Valenc. de cap. 1. n. 8; verum ex hac ratione contrarium sequeretur, nimirum non posse Patrem eo animo illas facere, ut imputentur, sicut facere non potest, ut cetera alimenta in computationem veniant.

11. Quare, ut Ulpiani nostri verum, et decisivum rationem investigemus animadverto, quod sicut in expensis dotis aliae sunt necessariae, quas maritus facere tenetur, aliae utiles quae res dotales meliores reddunt, sed ad istas non est ad eas faciendum leg. 1. cum sequentibus, de impens. in res dot. fact. leg. impensae. 19. de V. S.; ita in alimentis dicere possumus, alia esse necessaria alimenta alia utilia, seu alias esse expensas necessarias alimentorum, alias utiles: illae sunt, quas facere pater omnino tenetur, et cogi potest officio Iudicis, ut sunt victus vestitus, cetera quae omnia, quae ad rectam filii educationem conducunt; leg. 5. §. nisi. 12. de lib. agnosc. [illegible] lib. [illegible] cap. 4. [illegible]
[illegible] expensae studiorum [illegible] quas Pater [illegible] obligat [illegible]
[illegible]
[illegible] 27. § [illegible]
[illegible] separantur [illegible]
[illegible] alimenta [illegible]

§. 1. de donation. inter vir. et uxorem, ibi: impendi [illegible]
sed quamvis Pater eas expensas studii non teneatur erogare tamen semel factas utiliter
[illegible] erogatas, quod sufficit, ut [illegible] in [illegible]
dicit pari passu ambulet cum alimentis, et expensis necessariis ut accidit [illegible]
sive utilibus rerum dotalium, quas licet maritus non obligetur facere tamen quod [illegible]
eas dicitur eodem modo in effectu, ac necessarias [illegible] retentionem [illegible]
[illegible] repetitionem. leg. dotis. 5. ff. de dote praeleg. leg. divortio. §. impendia. 15. vers. pla-
ne. solut. matrim. leg. 7. §. 1. ff. de imp. in res dot. fact. idem contingit in impen-
sis factis a bonae fidei possessore, qui habet retentionem pro necessariis, et utilibus. leg. 48.
ff. de rei vindic. leg. sicut Dominus. 36. §. ult. de petitione haered. cum similibus, quae con-
gessit in tract. de fructibus bonae fidei possessoribus cap. 2. n. 15. et 16. siergo [illegible]
causis pari passu ambulant expensae utiles, et necessariae; non minus [illegible]
in expensis alimentorum filii utilibus, et necessariis, ut nulla teneatur imputare in portione legitima.

12. His accedit utilitas non solum filii, in quem erogatae
sunt, sed etiam totius reip. cuius interest, ut repleatur viris doctis, a quibus gubernari, et defendi
possit, xatt[illegible] in cap. fin. de magistris. cap. cum ex eo de elect. lib. 6. leg. ad
vocati. 14. C. de advocatis diversor. iudic. atque ideo haec causa studiorum publica
esse, docent Rebuffus privil. 82. Barb. in leg. 1. part. 7. n. 25. solut. matrim. et
constant ex leg. 5. tit. 5. part. 6. ubi haec redditur ratio; nimirum utilitatis publicae ob
quam redditur hoc beneficium, ut erogata studii causa, non imputentur in legitimam
filiorum, ut tradit Molina de Iust. et Iur. disp. 239. n. 4; ita explicandum esse
Ulpianum in nostro tit. reor.

13. Hoc, quod de expensis studiorum dictum est, exten-
dunt Interpretes ad libros donatos a Patre filio studii causa, seu quos filii no-
mine comparavit, ut hi non imputentur in legitimam illius. ita docent Accurs. in
nostro textu, ubi et Cujac. in solemni recitat. et cum Bartolus, et Decius, Menoch.
de Arbitr. casu 131. Rebuffus privil. 55. et Greg. lib. 4. [illegible] cap. 4.
n. 46. qui id admittit, quando Pater diversae professionis est, quam non eiusdem sit, veluti Iuris-
peritus, qui filio Iuris prudentiae vacanti libros tradidit, non censetur eos donare
sed peculii causa tradere. Confirmat hanc doctrinam librorum leg. 5. tit. 5. part. 6. et leg.
3. tit. 4. part. 5. et ex iis tradunt Ant. Gom. in leg. 29. Tauri. n. 17. ubi
Suarez alios adducit, Molina de Iust. et Iur. disp. 239. in fin. qui cum aliis ita
explicat, ut si libri empti, et traditi sint filio, qui iam absolverat, seu comple-
verat studia, donati credantur, nec imputari debent. Caeterum si empti, et non tra-
diti fuerint tempore mortis Patris, aut filius non dum studia impleverit, imputari
debent, quales sint, quando Pater decedit, quia adhuc non est perfecta donatio illorum, licet empti
fuerint, eo animo. Recedimus tamen ab hac sententia, et dicimus, quod semper praesumitur donatio
librorum, sive completa sint studia, sive non, ut tenet Ant. Gom. d. n. 17.
Osualdus lib. 19. cap. 4. duplici lit. XX. qui etiam tradit, necessarium non esse, ut tra-
diti sint filio, sed sufficere, quod eius nomine empti fuerint. Ego vero sic dispiciendum
puto: si Pater eos emerit, quasi donaturus postea filio, imputari debent,

qua-

q.a adhuc nec effecta donatio. Si autem cas emerit, ut illico filio acquirantur, quod indubio semper praesumendum est iudico, non sunt imputandi, quasi non traditionem ... 18 Cod. familiae hercisc. nec opponi potest filio quod libros non acceperit, nec donationem accep tauerit; quoniam donatio, ut constat, ex parte donatoris in esse liberalitatis non indi get acceptatione, in veriori sententia, ut late disputant Auctores de donation. cap. 6. ad denda sunt, quae infra dicemus in specto iure Regio n. 24.

14. Inde, quod de libris dictum est, procedit in expensis factis pro laureando filio gradu Doctoris et licenciati: quia eadem ratione imputari non debent, argumento textus in leg. 1. Cod. de peric. successorum. lib. 10. Iuncta leg. 1. §. nec castrensi, de collatione bon. Rodericus Gregor. cum Barth. et Bald. de cap. 5. n. 45. Qualitas ubi supra. Quod mihi hac ratione probatur: nam dignitates, et militiae quae personaliter dantur, nec vendi possunt, aut heredes transmitti, non imputantur, quamvis in illis acquirendis aliquid sit erogatum a Patre, ut tradunt Molina de Iust. et Iure, disp. 241. n. 3. Thesus in leg. 29. tauri n. 1. et cum multis Matienzo in leg. 3. tit. 8. glossa 2. n. 12. et 13. lib. 5. recopil. et satis constat ex traditis a Cuj acio lib. 8. obs. cap. 320. in fin; sed gradus hi personalissimi sunt, nec ad heredes tran seunt; igitur imputari non debent filio expensae factae pro illis obtinendis.

15. His cognitis, et explanata Legis decisione in nostra leg. 50. restat, ut exceptionem eius decisionis exponamus in verbis: nisi credendi animo Pater a micis se fecerit, et probatum. in quibus verbis constat, quod quando Pater subministrauit filio expensas studij causa, non donandi animo, sed credendi, tunc filius computat illas in portione legitima, quia tunc non est donatio, sed anticipatio legitimae debitae post mor tem, nec locum est dictum, si constat de veritate, et mente legis actum Dominus 137. §. 2. ff. de V. O. Quare in omnibus casibus, in quibus solet praesumi donatio, si de diversa voluntate constet, locum est repetitioni, et computationi. leg. 25. de in offic. test. leg. ... 14. leg. 8. ff. de relig. et sumpt. funer. leg. alimenta. 11. leg. 13. leg. 15. Cod. de neg. gest. nam cum expensae studiorum non sint ex necessarijs, sed utilibus, ut supra explicauimus, et impensas utiles nemo tenetur facere, non mirum, si facitis animo credendi, locum sit computationi; quod non procedit in alijs necessarijs, veluti victus, vestitus, habitationis, et medicinarum, quia has tenetur facere Pater iure naturali, et iudicis officio iudicis compelli potest ad eas faciendas. leg. 5. §. 12. de lib. agnosc. quae de causa numquam imputantur, ut tenet omnium opinio, imo in casu, quo Pater filio subministra uit alimenta studiorum animo credendi, quae ut diximus imputantur, debent ex hac imputatione credendi excipi, quos domi tenebatur facere secundum filij qualitatem, quamuis ex pressae voluerit, ut hic quo quod imputentur, ut recte docent Garcia de expensis. 4. cap. n. 5. Avendaño in leg. 29. tauri, glossa 3. n. 6.

16. Itaque studiorum utiles impensae tunc computantur quando constat de voluntate Patris, siue expresse, siue tacite: veluti si protestatus fui

stet, se animo anticipandi legitimam eas facere, vel licet in libro rationum illas scri-
pserit, aliter vero suam mentem declaraverit, ut tradunt citati DD. Sed adverten-
dum est, quod si Pater eas ab initio erogaverit animo donandi, et postea voluerit
ut imputentur in legitimam filij, non est audiendus, quia donatio facta semel nul-
lam additionem aut gravamen admittit, leg. perfecta C. de donation. quae sub modo, leg.
illud in fin. C. de collation. argumento leg. 5. ff. de oblig. et act. ut optime notat
Ant. Greg. de cap. 5. n. 46. imo si Pater semel filium miserit ad Universi-
tatem animo eum alendi, et ibi filius indigeat pecunijs, quas mutuo accepit
ab aliquo, tenetur Pater eas solvere, quamvis postea reluctaverit, nec ratum
habere voluerit mutuum, argumento tex. in leg. edi 14. §. pen. ff. de relig. et sumptib.
fun. quia volunt illum intelliguntur dati numi, utiliter quod; quapropter dubium
non est, quin Pater teneatur, aut negotiorum gestorum act. argumento tex. in leg. quae
45. ff. de neg. gest. aut quasi de in rem verso, quia eos Pater dare oporteat,
cum miserit filium ad Universitatem, ex leg. si proto 10. §. idem 2. juncta leg. 3. §.
proinde 3. ff. de in rem verso, et ita intelligendum est tex. in leg. cit. 7. §. quod dicit 13.
ff. et leg. 5. C. ad Macedonian. leg. 6. tit. 1. part. 5. et docent Gutierr. in au-
thentic. sacramenta puberum n. 77. ibi; et explicat leg. 4. tit. 7. lib. 1. nova recop.
de qua dicta n. 6. itaque eas expensas ut existimo non debet computare filius,
quamvis Pater pro tempore solutionis earum protestatus fuerit, quia eo tempore, quo
mutuo accepit filius quasi ex voluntate Patris sunt acceptae. aliter atque
si ab initio credendi mente ad studium eum miserit, quia tunc licet non dubi-
tem quin teneatur mutuanti, cum utiliter mutuaverit, tamen in computationem ve-
niunt numi crediti a Patre soluti cum alijs ab ipso datis.

17. Altera dictura ex qua inducitur, Patrem non donasse
et credidisse expensas filio, sumitur, si illae, et libri traditi sint magni va-
loris, itaut maxima inaequalitas inter fratres oriatur; nam tunc cessare
praesumptionem donationis, et consequenter imputandas esse filio expensas
illas, et libros asserunt DD. quia non est praesumendum Patrem donare volu-
isse in maximum praejudicium aliorum filiorum, quos similiter pietate Pater
patria diligere creditur, atque ideo ex genere et modo expensarum solet dijudica-
tas fieri, leg. utrum 47. ff. de donation. inter vir. et ux. quapropter Judex
arbitrio suo perpendere, et estimare debet, quod computatio facienda est, si im-
modicae sint expensae, ut tradunt Menoch. de Arbitrar. cas. 131. in
fin. et Rebuff. privil. 51. n. 8. Nos autem indicandum esse arbitror, ut si
ita immodica sit donatio, ut sit aliorum filiorum inofficiosa, tunc Jure
Civili inspecto revocetur, usque ad legitimam filiorum, ita ut habeant 4. partes illius,
quod habituri essent ab intestato, leg. si totas 5. cum 3. seqq. C. de inoffic.
donation. juncto Ateis de donation. cap. 8. n. 14. et 15. ex Jure vero

Regio.

Regio novissimo reducenda est donatio expensarum, et librorum inofficiosa ad summam bonorum Patris tempore mortis relictorum ex lege 29. Tauri, tunc eius bis quae infra n. 28. dicam. Illud non dubito, esse certum, ut si Pater filio libros multos comparaverit, veluti Bibliothecam, ut quoties fit, qua adhuc non indigeret, sed utiliter in posterum ei provideat, imputandas esse, si decesserit Pater interim, quia non donandi censentur, ut ex Gotofredo docet Greg. Lopez in leg. 3. tit. 4. par. 5. quem sequitur Ant. Gomez in dicta leg. Tauri n. 17. Matienzo in leg. 3. tit. 8. glossa 2. n. 4. lib. 5. recopil.; at vero si filius iurisperitus vel advocatus sit, libri illi conferri non debent, neque imputari, eo quod iis donati credantur, cum ille filius indigeat ad legendum, ad postulandum, ut tenet ipse Matienzo ibidem loco supra citato.

18. Ulterius si filio, cui Pater subministravit multos studij causa, profuerit, seu distraxerit ea in pravos usus, ut in ludos inordinatos, tenetur imputare illa in portione legitima; argumento textus a contrario sensu in leg. 1. §. conferri 12. leg. 2. §. 2. de collat. bonorum; nam haec donatio expensarum est in se tacita conditione, si in causam studij convertatur, et bonos et honestos usus; cum autem in alios inhonestos erogaverit, cessat causa donationis, et effectus illius, et ideo quasi causa non secuta repeti, aut saltem imputari debent in legitimam, argumento textus in leg. 2 leg. nulli 6. cod. de condict. ob causam datorum. docent Garcia de expensis cap. 4. n. 7, et alij apud Ovall. ubi supra. Postrema filius, qui in studijs nihil proficit, sed otio potius vacat, imputare tenetur expensas a patre subministratas, quia dignus non est hoc privilegio, cum nomine solum, et non re scholasticus nuncupetur ex leg. 2. cod. de episc. et cleric. unde privilegia studiosis concessa otiosis non proficiunt ut testatur Tiraquel. in tract. Cessante causa parte 1. n. 213. Rebuffus privilegio 165 Petrus Barbosa in leg. 1. parte 7. n. 12 soluto matrim. praeterea quod cessat praesumptio donandi in patre quia tunc tantum donare creditur quando filius literis operam dat, ut tradunt Anton. Gomez in dicta leg. 29. n. 16. vers. Limita et Matienzo ubi supra n. 6. in fine alios referens.

19. Aliam dicturam adducunt interpretes, ex qua procedit, patrem non donandi animo, sed credendi fecisse expensas studiorum; veluti si habeat aliqua filij bona, quae administrat, ut probari videtur in leg. fin. ff. de petit. hered. ex qua ditatur quae erogata a Patre in honorem filij cum esset senator, compensat cum bonis, quae ei debentur ex matris testamento. Idem suadet ex leg. 34. de negot. gestis ubi avia, quae subministravit alimenta nepoti, cum administraverit bona illius, non creditur animum habuisse donandi, sed retinendi ex bonis nepotis. ita docent Anton. Gomez in leg. 29 Tauri n. 16. vers. quod tamen limita ubi multos adducit antiquos et Soares ibi Gregor.

sope Matienza, accendit, qq. vide Garcia, de expensis cap. 4. n. 2. et Barbosa
cum oratio lucio in leg. 1. pte. 3 n. 28 solut. matrim. D. rius sensit, qui ait, ut quemadmo-
dum pater, qui dat bona filiis, censet donare de propriis bonis dotem eidatam leg. ult. cod.
de dot. virginis. leg. 8. tit. 11. part. 4. ita et in nro casu censet expensas facere de
propriis bonis, q.a causa dotis, et studiorum equiparant, ut dixi n. 4. infra. imo causa
studiorum favorabilior e, ut tenet rebuffus privileg. 82. nec obstare, ait, Barbosa
d. leg. ult. de petit. hered. q.a ille tex loquit de impensis factis pro honore filii, que
in dubium credent facte ex ipsius bonis n patris. Nec hanc causam eandem favorem
here, ac studiorum asserit, ut certum e, quare n mirum si ibi n presumat donatio. Addo
qd sicut officium paternum e dotare filias, et ideo de propriis expensis credit dos data
d. leg. ult. ita et officium patris e imbuere filios bonis artibus c. illud ecclesiastici
cap. 7 filij tibi si erudi illos. ideo si ibi hac ratione presumit donatio dotis, ita et in expen-
sis filio subministratis, qq. sententiam in gratiam studiorum teneo, cui n obstat
d. tex 34 de negot. gestis, q.a ibi, qd in avia, que gerebat bona res nepotis e verisi-
mile, de re ipsius nepotis eum aluisse, ut asserebant ipsius heredes in quorum favorem
decisa fuit questio a Paulo, sed quare n e verisimile hoc in avia? q.a n tam facile presu-
mit liberalitas in mulieribus leg. 4. d. fin. ff. ad Velleian. leg. si ab sponso 16.
cod. de donat ante nupt. etiam si sint affectione sanguinis iuncte ut satis mihi
probat ex leg. 1. et leg. 11. cod. de negot. gestis. atque ideo n presumit, qd avia liberalitate
aluit nepotem maxime cum bona eius administraret; secus procedit in quo facilius
presumit donatio principue erga filios qq. oia parant ex voto leg. 5o.a de bon. libert.

20 Nunc investigandum venit, an hec exceptio, que apponit ab Ulpian.
in nra leg. 5o respu filij emancipati, locum habeat in filio existente in potestate
in quo principua questio procedit ut supra diximus, videlicet, ut si credendi animo pater
expensas studij ei subministravit, eas debeat imputare filij in sacris positis post
obitum patris. 1.o suppono, multum (si de consensit Ulp. in nra leg.) n posse diffe-
re int patrem et filium existentem in potestate per identitatem personarum, qd facit,
ut nulla civilis obligatio nascat int eos leg. 4. de iudic. leg. 16. de furt. leg. imperator
50 ad trebellian. Donel. lib. 12 coment. cap. 23, et ibi Osuald. lit. B. Gutierres
de iuram. confirmat. 1. pte cap. 41. obligatio tamen nalis int eos distat, q.a iure
nae distincta e persona patris et filij leg. frater a fratre 38 d. quesit. 1. ff. de condict.
indebit. iuncto optime Osuald. lib. 14. donel. cap. 19. lit. A seclus. 1. et 2.a
ex quo sequit, qd si in specie nri tex pater filio suo credat, id e, in mutuum
dederit pecuniam ad expensas studiorum, nulla nascit obligatio civilis, nalis
vero adest, qq. uis contradicat Ant. faber de errorib. decad. 41. error. 7, q.a iure nae

obli

1

obligari ad invicem, post etiam si peculium filius non habeat § . d. reg. filium l. ... nisi ex(pe)... 5

gebat ex leg. ult. de petit. hered., ubi pater ea, quae erogavit in honorem filij existen-

ntis in potestate, post emancipationem retinet, aut opposita doli exceptione petente

filio hereditatem, quam ad se ex testamento matris pertinebat, aut ea non cognita deducit

patri officio iudicis, quae erogata receperat, cum ibi cessaret animus donandi. Vide ...

cui n. 19; nam in bonae fidei iudicijs, quale est petitio hereditatis § . actionum ... §.

inst. de action., inest cognoscendi ex aequo, ut iudex per se possit compensationem inducere

§. in bonae fidei ... eod., quae compensatio, aut retentio est effectus naturalis obligationis

ortae inter patrem et filium existentem in potestate tempore erogationis ut apparet ex

d. leg. ult. ubi Accurs. iuncta leg. 6 de compensat. et facit quod tradit Donell. in leg. 4.

Cod. h. tit. n. 3. in fin. Similiter quoque si pater crediderit filio studiorum causa, obligatio

nil operatur, cum non agimus de casu quo filius habet peculium, commorans cum patre, facit,

ut accepta filio in legitimam imputentur per obligationem illam totalem, cuius effectus

est, etiam teste Cuiacio in d. leg. frater a fratre col. 3. ad arbitrum familiae herciscundae

facere tenetur officio suo, cum iudicium hoc bonae fidei sit, si decesserit pater, cum duos

haberet filios in potestate, uni crediderit centum ... studij causa, et decesserit relictis

heredibus filios in potestate, uni crediderit centum aureos studij causa, et ... alij 200, qui credidit fratri

300. aureis, Arbiter debet fratri debitori praestare 100. et alij 200., ... credit fratri

deserviens cum 400 aureis, 100. in debito filij scolastici, et 300. in bonis, ex 100. debiti

50. pertinent ad illum, qui cum heres sit pro parte ... dependit, cuius obligatio pro illa parte

... d. leg. frater a fratre; altera 50. pertinent ad alterum filium, et quamvis nullam habeat actio-

nem adversus fratrem debitorem ex defectu civilis obligationis, tamen cum obligatio

naturalis adhuc subsistat quoad illa 50., ea ... virtute retentionis ex ceteris bonis

paternis aequo d. leg. frater a fratre et ita fiet ut unus 100 habeat ex 300, et alter 200

... scholasticus filius in legitimam portionem imputabit erogata pro expensis ...

... detractis tamen expensis, quas pater domi facere cum eo tenebatur ... ex ... di...

... n. 18. in fin. ita explicari debet hic articulus ex ratione iuris a nemine, quem

hucusque viderim animadversus.

21 Manet ergo pro comperto certum quod filius etiam emancipatus, quod existens

in potestate imputatur in legitimam expensas studiorum, si non donandi animo eas

acceperit a patre, sed credendi ut constat ex nostro textu, in quo, ut reor, usque in d. vers.

nisi credendi, denotare voluit his verbis hanc computationem esse faciendam, quod

pater expensas dedit filio, animo non liberali, sed ... ut ... aut ... illi

illi p̃te legitime, at pot. leg. [illegible] de inofficioso testam. [illegible] leg. [illegible] vero de reame [illegible] fin. ff. ad leg. falcid. ut constat ex illo luce cap. 25, nec ei mens eius fuit loqui de dicto mutuo, sed de representatione legitime, qd explicauit per verbum credendi, qd licet regulariter ad mutuum referatur, in iure tamen largam et laxiorem habet significationem, leg. 1. de reb. credit. sed si negamus posse mutuum interuenire inter patrem et filium emancipatum; respectu vero existentis in potestate nulla obligatio ciuilis nascitur, quamuis concedamus naturalem, ex qua resultet [illegible] numeri precedentis. Sed quomodocumque sit, siue dentur expensae animo mutuandi, siue anticipandi legitimam, semper resultat idem effectus, scilicet, ut fiat computatio post obitum patris, nisi casu quo a filio emancipato mutuum fuerit antea satisfactum.

Illud tandem animaduertere volumus, qd si pater filio existenti in potestate dederit expensas studij causa, aut libros, si ab initio animo donandi dederit, poterit postea reuocare donationem respectu librorum, qui patris remanserunt. Et ut supra dictum manet n. 16. non procedit in filio emancipato; Caeterum si dederit pater pecuniam, alias ue res consumptibiles animo donandi filio, qui est in potestate, non poterit ex post facto facere, ut in legitimam ei imputentur, quamuis contrarium docuerit Faber decade 41. errore 7. ratio est, quia ut docuimus n. 8. donatio haec ut pote alimentorum, valet illico inter patrem et filium, quae semel perfecta, amplius non potest reuocari, quo pacto intelligenda est Doctrina Ant. Gomez. in leg. 29. tauri n. 16. in fine.

Haec omnia procedunt iure communi inspecto. Restat ut uideamus, quid in praxi obseruandum est ex legibus nouissimis nostri Regni respectu expensarum a patre erogatarum in unum ex filijs, siue sit in potestate, siue non: quia utrique potest hodie donari ut constat ex leg. 17 tauri, ubi Tello n. 1. Auendaño glosa 6. n. 3. Matienzo in leg. 1. tit. 6 glos. 3. n. 4. et 5. lib. 5. recopil. Hermosilla in leg. 3. tit. 4. part. 5 glos. 1. n. 38, qui plures adducit. Qua in re uidendum est, qd hodie expensae factae in filium studij causa, libri, et omnia erogata in gradum Doctoratus, aut Licensiati, imputantur in 3.am et 5.am partem bonorum in qua potest pater unum ex filijs meliorare dict. leg. 17 cum sequentib. tauri et in illo interim ille filius melioratus, et si qd superest in illius legitimam est computandum; et si adhuc excessus fuerit, hic debet alijs fratribus restitui, tanquam inofficiosus. Ratio est, quia ex leg. 26. tauri, quae extat in leg. 10. tit. 6. lib. 5. recopil. id qd pater, aut mater donat filijs inter uiuos, aut in ultima voluntate

reli

relinquit, intelligit meliorationis cum ei datam in tertium et quintum partem bono-
rum, quamvis id non exprimat, et si forte donatio excesserit tertium et quintum, et legitimam
inofficiosa est, ut constat ex leg. 29. tauri leg. 3. tit. 8. lib. 5. recopil. Eapropter si pater
aliquid expenderit pro filio in studiis causa, cum donatum videat, in eo intelligitur filius me-
lioratus. Docent Matienzo in d. leg. 3. glos. 2. n. 8. Tellus in leg. 17 tauri n. 115.
Antm. Gomes in leg. 25. n. 17 vers. hodie Avendaño ibi glos. 3. n. 5, qui n. 6. recte
ait, quod expensae, quas pater cum filio domi fecerat, ab ea expensarum man-
date deducantur, quia ad illas naturo tenebat, et expensae naturae nunquam sunt in consideratione
ut saepe diximus.

24 In omnibus itaque casibus, in quibus ex n. 7. donatio expensarum, et librorum
intelligitur iure communi, in his iure novissimo nostri Regni etiam subsistet usque ad tertium
et quintum, et legitimam, in quo magnus profecto favor filii scholastici invenitur, cum
nario quam caeteris filiis maiorem portionem habiturus sit, cum censeat melioratus.
ex quo sequitur, quod si donatio compleverit tertium et quintum bonorum, non potest pater
alterum filium meliorare, quia legibus nostri Regni solum permittit melioratio in uno
tertio, et quinto, sive in unum, sive in duos, sive in plures filios Tellus in leg. 18.
tauri n. 1. multos referens; et si acciderit, quod quis quatuor filios habeat, et ex
illis in duos magnas expensas subministraverit studii causa, hi meliorati cen-
sebunt in tertio et quinto bonorum patris. Sed si aliquis excessus fuerit, hunc ali-
fratribus debent praestare ex tradita n. ant.; vel si unus maiores expensas [illegible]
nuerit, ille solus restituet excessus. Pone in unum fuisse erogatas sex uncias hereditatis
tatis paternae in alterum vero duodecima, hi meliorati reddunt [illegible]
excedant tertium et quintum. caeterum si excessus sit, dubitatur, an uterque pro rata de-
beat refundere caeteris fratribus praedictos excessus, an vero ille, in quem maior pars est
erogata. Hic casus, qui in praxi quotidie contingere potest, nullus est Regni [illegible] quem
[illegible] derim attingere; quapropter ex iuris ratione eum decidere necesse erit. Dico, quod unicuique
pro rata portione, quam accepit, debet decrescere donatio arguo textus in leg. interdum
4. §. sed si excesserit 4. de hered. inst. (cuius sententiam dicit esse correctam per leg. 23. Cod.
de legit. existimat Donel. lib. 6. Comment. cap. 22 et ibi Osuald. lit. [illegible]) et conse-
quenter quisque ex liberis meliorati pro rata praestabit fratribus, quod inofficiose accepit
itaque in quem duodecime unciae erogatae sunt alterum tantum debebit, quam alius cui sex
subministratae; unde si excessus [illegible] fuerit in sex uncias, qui duodecim accepit, debet
quatuor restituere aliis fratribus: qui sex accepit, debet secundum praestare, et sic ma-

ille

ille in quem duplicatem uncie erogate fuerunt retinebit duplicatem ptem tertium et quintum, quam alter, in quem sex fuerunt subministrate, vel quod idem est ille duas ptes tertij et quinti retinebit, ille nam, qui respectu quantitatis a patre in unam quamque erogate, in maiorem portionem credit melioratus primus, quam 2us. scilt induplicatam, ita iudicandum esse de hoc casu censemus.

25 Habet similiter hec expensarum melioratio illum saborem, quod quis pater posit revocare meliorationem factam in filium usque ad mortem tamen hoc fallit, quando rudonata, in qua inducit melioratio tradita est illi leg. 17 Tauri; cum autem expense studiorum iam sint filio tradite, imo sunt ab eo consumpte, hinc est, quod non posit pater facere ut in legitimam imputentur, si ab initio animo donandi facit, vel ex ipso eas expendit, quia ex tunc per traditionem perfecta et irrevocabilis facta fuit donatio ac melioratio, et ideo non est locus penitentie ex tradita n. 16. Respectu vero librorum datorum distinguendum est: si non sint filio traditi, et pater tacuerit, adhuc melioratus in illis credit; quia taciturnitate et morte confirmata fuit donatio. Sed si voluerit ut in legitimam imputentur, computantur perfecto, quia adhuc est locus revocationi ex d. leg. 17 nisi donati et similiter traditi fuerint filio; quia tunc per traditionem perfectionem, vel irrevocabilitatem sumpsit donatio, et melioratio ex traditis et docuimus n. 14. in fin.

26 Sed in dictis casibus in quibus ex n. 15. diximus habere locum computationem iure communi, in his iure nostro regio non est locus meliorationi tertij et quinti, sed accepta a filio studij causa ei imputantur in legitimam. Cum quibus aplicandum sit hodie iure nostro omnium doctrine ibi tradite, que locum habent in praxi.

His ita explicatis pro nostri textus illustratione solum restat ut respondeamus rationibus dubitandi adductis supra ante eius decisionem, que quidem pene ex hac usque dictis dissolute manent; 1o. non obstat adducta n. 3. ex leg. 34. de negot. gestis. et leg. fin. de petit. hered. quia satisfactum iam est ex dictis n. 19. ubi explicavi hec iura, et ideo non reppeto. Nec refragatur quoque dictum n. 4. quia breviter removemus, quod licet conferantur a filio emancipato donationes, hee tamen expensarum non conferuntur, nec imputantur

quia

q.ᵈ loco alimentorum sunt, et alimenta non computant, ut apparet ex dictis n. 11. ubi hoc diximus, favorem publicum studiorum hoc simul facere, et ideo, etsi reddamus donationem dotis esse, nil mirum quod non imputet, ut tenet Petrus Barb. in leg. 1. parte 2. n. 39 ff. solut. matrim.; nec quod Isidorum in fine de Collation. dotis obstat. nam licet quod causa studiorum magis favorabilis est, quam illa dotis ut ait Quebasius privilegio 82. tamen diversa ratione favorabiles sunt hunc causa; dotis favor eo respicit ut conservet, et ut feminae dotatae maneant, et ita possint nuptias contrahere leg. 1. solut. matrim. leg. 2. de iur. dotium; quod fit etiam si differat ne ideo dos filiae auferri si forte legitima maior sit; sed tanto minus ex acquisitis bonis nascit, quantum dotis nomine ipsi est datum; at vero Reipublicae Utilitas exigit non solum ut expendant sumptus causa studiorum, sed ut non imputent; alias pauciores studiis vacarent. ita Ubald. lib. 19 comment. Donel. cap. 4. dupliciter lit. XX vers. obijcio. Vel potest meo videri dici, quod cum patris officium sit dotare filias leg. ult. cod. de dotis promiss. et ad id cogi possit leg. 19 de ritu nupt. ianet. Sanches lib. 4 de matrim. disp. 26 Gutierrez in eodem tract. cap. 86. Larreategui lib. 8 select. cap. 10. et 11. hoc credit dotem donare, sed suum complere officium, quod non donat, cui necessario heredi succurrit ut ait Ulp. in leg. siquis pro uxore 21. § ult. de donat. int. et faciunt a contrario sensu lex donari 29. ff. de donat. leg. 82. de Reg. iur. quamquam ergo pater eiusdotem pro ipsum habeat filia, ceterum in nostro casu, quod expensae studiorum non computent, nascitur ex donatione patris, qui eas fecit, cum ad id non teneret ut constat ex supra dictis, et semel factis inter alimenta connumerant, quae non admittunt computationem; neque etiam obstat argumentum oppositum n. 5. quod dissolvitur ex traditis n. 11., nec tandem traditum n. 6. convincit, quod ex his quae explicuimus n. 15. satis dissolvit, quare non reperio. ut finem nostro tractatui de expensis studiorum imponamus

Finis.

Solemnis Academica Commentatio Ad Quintum Servidium Scaevolam Libro 6. Quaestionum. in l. Gallus. 29. Cum omnibus suis §§. ff. De Liberis et Posthumis.

A D. D. Antonio de [illegible] et Valdez, Mayoris D. Bartholomei Veteris Collegij Toga Condecorato, in Salmanticensi Academia Primario Iuris Caesarei Cathedrae Moderatore.

Año 1678.

Filius in formula Aquiliana nequit exheredari.

Sed nunc opportune quaeritur, an utiliter confecta sit formula Aquiliana, si filius non institutus, sed in ea exheredatus inveniatur? Et quamvis crederet quisque per eosdem esse filium instituere, aut exheredare, quia pariter ac in institutione officium suum, et legis praeceptum pater adimplet in exheredatione. lg. si filius. 7. lg. inter cetera. 30. h. tit. princ. inst. de exher. liber. attamen in praesenti certius est, filium exheredari non posse, seu filio exheredato, inutilem esse posthumi nepotis institutionem. Quod duplici, et eleganti quidem ratione indubitatum redditur. 1a ratio: quia licet tantum quod prodit exheredatio ad servationem testamenti, quatenus valet institutio, hoc in verum est, quod institutio, vel exheredatio complet formam testamenti, sed quod ulterius testamenti formam extendimus, ut contingit in formula Aquiliana, in qua non tantum filii, sed et nepotum quoque vult testator sibi consulere, necesse est filium saltem in aliqua parte heredem instituere, ne testamentum sine heredis institutione nullum appareat. Est autem 2a ratio quia aperte inutilis erit filii exheredatio, cum frustra quis post mortem suam exheredati hac nostra lg. Gallus. §. in omnibus. seu §. quod si. 10. lg. si ita scriptum. 13. §. ult. h. tit. plane exheredatio non rite facta pro praeteritione habetur, et sic Praetor liberis non rite exheredatis bon. possessionem contra tabulas, quasi praeteritis elargitur; lg. non putavit 8. §. in quaque. 2. ff. de bon. pos. contra tab. Quod autem huiusmodi exheredatio in mortem ipsius filii differatur. Ex eo constat expresse; quia exheredatio non tenet, nisi ubi aliquis est heres ex testamento, et propterea non prius exheredatus competit querela, quam si hereditas adita ab instituto. lg. Pap. 8. §. de edict. 10. de inofic. test. Posthumus autem nepos nequit heres existere, nisi ab instanti mortis Patris sui. Necesse est igitur, filius ex aliqua saltem parte heredem instituere, ex quo posthumum nepotem volumus instituere; ne filio praeterito, vel quod idem est, post mortem suam propere exheredato inutile fiat testamentum. Sed vero dicendum est de his, qui eundem gradum in familia obtinent. Ceterum possumus, instituto filio, praeterito nepote, ex tali formula pronepote instituere posthumum. Ceterum hoc casu nepotem ante patrem suum decedere oportet, ne alioquin illius agnatione et successione rumpatur testamentum. hac nostra lg. Gallus. §. idem credendum. 2. cum duobus seqq. Foreanus ad lg. Gallus. Vol. 5. aggrebamus An- gelus Spanoch. lib. sing. ad lg. Gallus part. ult. n. 9. Ant. Fab. lib. 9. coniect. cap. 10. Cujac. ad lg. Gallus. in prin. de §. in omnibus. ubi etiam Valenc. Chesius lib. 1. interpretation. Iur. cap. 49. n. 42. et seqq. Sarmiento lib. 5. select. ad lg. Gallus, in prin. n. 40. cum duobus seqq.

11.
Posthumus Aquilianus non substitutus sed institutus est.

Ex his firmiter tenendum est, quod quidem in dictis verbis velint Accursius, et omnes Antiquiores eius vestigiis inhaerentes, Posthumum nepotem in formula Aquiliana non esse filio substitutum, nec certe ei substitui potuisse, ut adversus Accursius et Antiquiores, secure docent Cujac. Duaren. et Foreanus ad n. lg. Gallus. in prin. idem Cujac. lib. 2. qq. Africani, ad lg. Mater. 33. §. 1. ff. de vulgari;

idē Goveanꝰ ad d. lg. mater §. 1. Ant. fab. lib. 2. Diect. cap. 11. Chessiuꝰ lib. 1. interpret. Iur. cap. 42. n. 25. Angel. spanoch. lib. sing. ad lg. Gallꝰ part.ª ult. n. 10. Sarmiento lib. 5. Select. ad lg. Gallꝰ in prin. n. 33. Valentia, lib. 3. illustr. tract. 4. cap. 3. ad princ. lg. Gallꝰ n. pen. et ult. Richardꝰ plures referens ad lg. Gallꝰ in prin. ex n. 182. usq ad 192. Cū enī Vulgaris substitutio nil aliud sit, qm 2ª, vel conditionalis institutio. lg. 1. ff. de Vulgari, prin. instit.ª de tit., quæ ad tpꝰ testamenti retrotrahitr, et ex illo substantiꝫ capit; si posthumꝰ nepos in Galli formula eet substitutꝰ, eveniret pro cisse, ul alienꝰ adhuc institutꝰ inveniretr, et coenti illiꝰ institutio nec utilis nec naria foret; n utilis, qa posthumi alieni institutio, ut sepꝰ diximꝰ prohibita e; n quoqꝫ naria, qqe tpora testamenti, ut pote a patre præcedꝰ n poterat testamtꝫ rumpere. lg. siqs filio. 6. ff. de iniust. rupto. Deinde posthumꝰ nepos substitutꝰ ee n pot: nā lꝫ substitutio delatꝫ hereditatꝫ nario supponat, nullo casu posset nepos ex substitutioe succedere. Plane si filiꝰ avo supervivat, neqt hereditas nepoti ~~in 1º gradu~~ deferri tanqꝫ alienio posthumo, ut a patre præcetto; si vº filiꝰ præmoriatr, defertr hereditas nepoti in 1º gradu tanqꝫ vere suo, et instituto, ut subtiliter observant Cujac. d. lib. 2. qq. Afric. ad d. lg. si mater. 33. §. 1. ff. de Vulg. et Ant. fab. d. lib. 2. Diect. cap. 11. Et quoqꝫ posthumꝰ nepos n substitutꝰ, sed institutꝰ fuit et in Galli formula, decretorie pbat Scævola in hac nra lg. Gallꝰ in prin. in §. quidꝫ 1. §. quidꝫ 6. §. sicꝰ 7. §. fortꝰ 8. et §. in oibꝰ seu §. fl. 10. in qqꝫ Galli formullꝫ explicans institutioꝫ exprese meminit, qd plibito, et sine delectu fecisse, n e credendꝫ; pt qꝫ dicit Africanꝰ in d. lg. mater. 33. §. 1. de Vulg. ibi, si filiꝰ, et ex eo posthumꝰ nepos ita heredes instituantr, ut Gallo Aqlio placuit. &c. nec obest tx in lg. cū in testamto 31. de hered. inst. quo loci Antipatre, filio et posthumo nepote ex formula Aqliana heredibꝰ institutis duos gradꝰ heredꝫ effici: proptrea qd nepos videtr substitutꝰ, cū instituti, et substituti hac præcipue nota 1º, et 2º gradꝰ aperte differant. lg. 1. ff. de Vulgari. Cæterꝫ facile huic dubio occurrunt Ant. fab. ubi s.ª citra fin. Valenc. n. 6. et Chessiꝰ n. 33. dicendo; ideo in d. lg. cū in testamto. 31. asseruisse Julianꝫ duos gradꝰ heredꝫ ee. qa filiꝰ, et nepos tamet si in primo gradu instituti nequeunt ad avi hereditꝫ simul admitti: nā si avo superstes sit filiꝰ, ei soli defertr hereditas, n itꝫ nepoti; quoniā eo casu posthumꝰ alienꝰ invenitr. Sin autꝫ præmortuꝰ sit filiꝰ soli nepoti defertr, qa filio nunqꝫ potuit defferri ex quo seqtr mafe, nepotꝫ Aqlianꝫ substitutꝫ dici n posse; cū regulare sit in Vulgari substitutioe, ut utriqꝫ tan instituto, qm substituto successisse deferatr hereditas.

12. et ult.
Institutio nepotꝫ Aqliani præmortuo filio servat testamtꝫ.

Unde iā facilitr dissolvuntr alia duo argumta Interpretꝫ Censura sume difficilia, quæ totꝰ Galli Aqlii curꝫ et spiritꝰ ntiā circa posthumi nepotꝫ institutioe otiosꝫ, imo in utile ... persuadere. Ex quo

unꝫ.

Verum est illud: quod filio unico herede instituto, vivo avo, decedente, frustra dicitur rupturum testamentum, cum sit in dubitatione, nemine herede existente, vim totius testamenti corruere, et sic eius rupturam timeri non posse. leg. si nemo. ff. de testamentaria tutela. cum vulgatis. leg. nam et si. §. ult. post eff. ff. de inj. rupt. Licet enim hic difficultas plures ex [illegible] fateri coegerit in formula leg. Galli coheredem filio datum esse, quo praemortuo testamentum sustinetur, quos subscribit Charsing. de lib. 1. interp. iur. cap. 42. ex n. 34 ad 41. hoc pro certo supponens, nos tamen praemortuo filio testamentum valere, sine ulla datione coheredis, ex Galli providentia secure affirmamus. ad quod observamus, Gallum posthumi nepotis institutionem inducendo, non solum consuluisse, ne eius agnatione rumperetur testamentum (in quo Galli consilium elucere dumtaxat, fere omnes existimant) sed pariter providisse, ut testamentum a nullitatis vitio ob heredis defectum ipsius institutione immune redderetur. Plane cum posthumus Aquilianus eque, ac filius in 1.o gradu sit institutus, ut nuper diximus, et in dicto illius institutio in instanti, quo filius moritur facta censeatur, ut supra asserimus, perspicue infertur, avitum testamentum praemortuo filio nullum effici non posse; nam cum in eodem instanti mortis filii illico sine interventione posthumus nepos ex dicto Galli heres reperiatur, adest ergo semper heredis persona quae illud sustinet, et proinde cessat aperte defectus ille heredis, qui poterat nullitatem inducere. Denique non [illegible] alterum argumentum, quod Galli consilium circa institutionem posthumi nepotis pariter infructuosum ea ratione intendit demonstrare; quia praemortuo filio, vivo avo, quasi caduca efficiatur hereditas, atque ideo fisco applicetur; leg. unica. §. et cum triplici. 2. C. de caducis toll. Ulp. in fragment. tit. 17. de caducis, iuncto Cujac. ad utrumque locum, et Valenc. lib. 1. illustr. tract. 1. cap. 3. n. 5. inutilis videtur in ea hereditate posthumi nepotis institutio. Plane dici cum Galli quoad posthumi nepotis institutionem valde prudens, et ideo motivum fuit, ne a liquo praemortuo filio, avitum testamentum eius agnatione rumperetur: quippe hereditas in casu formulae Aquilianae quasi caduca effici non potuit. Quod triplici ratione manifeste verum ostenditur: 1.a ratio est, quia lex Papia, ex qua caduca emanaverunt fuit Galli tempore, prorsus incognita, et ideo nec timenda, floruit enim Gallus saeculo Ciceronis, cuius fuit valde familiaris, et in praetura collega, ut notavimus s.a n. 1. et sic Galli [illegible] vixit aetate; lex autem Papia tempore Augusti lata fuit, Ant. August. lib. sing. de legib. cap. de lege Papia, Rosinus lib. 8. Antiq. Rom. cap. 16. et 18. Pichard. plures referens ad leg. Gallus in princ. n. 159. 2.a ratio est, quia tametsi lex Papia aetate Galli vigeret, adhuc tamen hereditas in sua formula quasi caduca reddi non poterat, nam lex Papia caduci, vel quasi caduci odium inter liberos, et parentes usque ad 3um gradum non expendit, quibus iugum illius imponere renuit; leg. unica in princ. vers. et

cum

Cum lex Papia; Ulp. in fragm. tit. 18. q. heant Ius in Caducis, ubi docet Cujac. Garcia in otio quadrimestri. 2. q. n. 43. Richard. ubi proximè, Christ. lib. 1. interpret. Iur. cap. 49. n. 24. et denique 3a. ratio, et quidem elegans, quia cum in casum mortis filij sit nepos institutus, quibus lex Papia liberis et parentibus non pepercisset, hereditas quasi caduca desitui non posset; non minus quasi cadere dici potest hereditas, quae in instanti quo efficienda erat quasi caduca invenit tunc alium heredem a testatore expressè institutum, qui lapsum reparet, et hunc fisco aditum ad successionem precludat. cessat itaque in Galli formula ex providentia testatoris quasi caducum, etiam seclusso favore liberorum; quae admitti si filio herede instituto testator sub illa conditione servum instituerit si se vivo filius decessiset; indicant leg. non ita explicent Christius d. lib. 1. cap. 49. n. 23. et Lelius Taurellus ad leg. Gallus. §. in omnibus in fine.

Atque (charissimi ac nobilissimi Auditores) nostra ad Galli Aquilij
Elucidatio potuit extendi, ultra quod vix corpore fesso progredi
non valet; nam cum vestris votis, quae in fisica cordi
semper magni faciant, his diebus Regi Gra
natensis Auditori verum capitulum sine
meritis sim electus senator, publi
cum hoc docendi munus, ut illic
in alijs reip. describam desse
tum decernere compellor.
Valete, et diu vi
vite felices.

Solemnis Academica Elucidatio Ad Iuris Consultum Tertyllianum, in lege Si aliquam rem 28. ff. de acquirenda vel amittenda Posessione.

A D. D. Antonio de Arguellez Vespertinæ Iuris Cesarei Cathedræ Moderatore.

Præludium ad Elucidationem.

Triplex me ratio induxit, ut hanc legem hoc verno admestri tempore ellucidandam susciperem; 1.ª propter maximam illius difficultatem, quæ adeo in illius repetitione commendat Bartolus, ut affirmet, hanc legem difficiliorem esse, si quæ alia in toto mundo difficilis est; 2.ª quia illius expositio ab omnibus vespertinis antecesoribus alto silentio involuit, et eorum academica commentaria ad tit. de acquirenda vel amitt. posess. reperiri non potuit. 3.ª tandem et præcipua, ut vestris votis cedam (Carissimi et nobilissimi auditores) nam cum pauci abhinc diebus hanc textum sorte datam, pro dictariam duas rationes publice perlegendam elligerim in petitione huius vespertinæ legum cathedræ, cuius quidem honore decore supremus senatus, si non merita, a me hercle tam sublimæ literariæ militiæ culmine longe imparia sunt, ingens tamen commensurandi meum desiderium, indefesumque insudandi laborem animis dextris honoravit. Postquam illam elegantissimam, et æque abs dotibus audistis, et cognovistis vehementer me premebatis, ut eam vobis academico stylo explicatam traderem; accipite ergo illam paulo magis illustratam, quam tunc audistis: quoniam in tribus annis horæ spatium non capit quod longiores ni termini comprehendunt. Faxit que Deus optimus Maximus, ut iucunditati simul et utilitati vestræ vertat opus.

Textus questio proponitur.

Tertyllianus nobilis quidam et eximius I. C. qui libros quest. scripsit, ut constat ex epigrafe nostri textus, et librum singul. de castr. pecul. ut patet ex inscriptione in in leg. miles 4. ff. de castr. pecul. floruit que temporibus Antonini Pii, quem plures Tertylianum vocant

et levi fundamento, ex sola rãe nominis authumant ẽe insignem illum ecclesiasticum scriptorem florentem Tertullianum; alij vº magis verisimiliter eum florentis Tertulliani ppincum credunt. dicti authoritate eiusdem florentis Tertullian. lib. de pscript. cap. 5, tradit episcopus Turiasonensis in apologia ad Tertullian. in pfaction. §. 6) eam q ponit questionem in nrã leg. si aliquam rem 28 ff. de acquir. vel amit. posses. an videlicet si aliquis rem possideat, et eandem postea ab alio conducat illius possessionem amitat: ad cuius resolutionem tria consideranda pscribit. In primis utrum sciens se possidere conduxerit, an sue possessioni ignarus. 2º utrum rem ut suam conduxerit, an ut alienam. 3º utrum sciens rem suam ẽe eam pprietatis respu, an vº possessionis solum intuitu conduxerit. Sed plane ppositẽ questioni duabus que prioribus distinctionibus ad illius expeditionem ad finitis nullam expressam pbet responsum: ad ultimam vº distinctionem facto arguõ à simili ita ret: siquis rem meam possideat, eiusdem que rei possessionem ab illo emam, vel stipuler, utilis ẽ emptio, vel stipulatio: ergº inquit legitime infert, qd p carium et conductio rei pprie similiter valere debent, si specialiter possessionis solius conducende, vel pcario rogande animus interveniat. Sub quo responso ad priores etiam casus Tertyllianam nrãm conside, sane, et eleganter respondisse existimo; reclament licet Bart. et illius sequaces Sifan. ut ex postea dicendis aparebit.

1
ad expositionem nrẽ quest. pponunt quatuor casus, et 1us incipit explari.

Quam nimis obscuram, et faligeratam Tertylliani nri questionem utcumque explicare possimus, ut que à captiosis illius laqueis nos expedire valeamus ad pfectam illius illustrationem, quatuor sũt nobis asignandi, et pcurrendi casus, ex quorum cognitione plena illius pendet ellusidatio. 1us est, utrum si dominus rem ppriam sciens ab alio conducat ipsius rei dominium videat amitere. 2us ẽ, an eiusdem saltem possessionem amitat. 3us ẽ, utrum bone fidei possesor rem à se bona fide possessam ab alio conducens, illius possessionem amitat. 4us denique casus ẽ, utrum in qq casibus possessio amittit, ea locatori querat. Circa 3m igitur casum animadvertendum ẽ, multum referre, utrum bone fidei possessor sciens se possidere conduxerit, an sue possessionis ignarus conductionem fecerit: namque si ignorans se possidere conduxerit, quia videlicet possessio sibi p servum, vel filium familias ex cã peculiari, aut p pcuratorem quesita erat, p quos nobis ignorantibus etiam possessio acquirit leg. 1. §. item acquirimus §. 5. p pcuratorem 20. leg. qdqd 4. leg. qd servus 22. leg. peregrè 44 §. 1. leg. possessio 49 §. ult. ff. h. tit. leg. 1. Cod. eodem tit. Cuiac. in recit. ad nrãm lxm, et ad lxm nuper relator et lib. 23 quest. Papin. in d. leg. peregrè 44. §. 1. Valent. lib. 1 illustr. tract. 2 cap. 8 et cap. 13 Bart. Paulus Castrens. et Sifan. ad nrãm lxm, vel quia sue possessionis oblitus erat, quippe ex sola rãe oblivionis sine transcursu temporis possessio

pos

non amittit, cum illius amittendae deficiat animus, ut docet Bart. ad nram Lxm. n. 3 et ad Lxm. in leg. si quis animo 27. h. tit. non inducit amissio possessionis, licet enim conducendo videat gerere actum incompatibilem cum possessione, quoniam nemo potest conductor esse, et simul possidere leg. si quis ante 10. §. 1. leg. qui bona fide 19. leg. interdum 21. §. ult. ff. h. tit. in qq. notat Cuiac., adhuc tamen possessionem non amittit, nam cum imprudens, et errans conduxerit, possessionis amittendae animus prius deficit, quoniam error consensum excludit leg. si per errorem ff. de iurisdict. leg. nihil tam conrium 116. ff. de R. I., et quidem possessio semel quaesita sine animo amitti non potest leg. possideri 3 §. in amittenda 6. leg. quemadmodum 8. ff. h. tit. nullus quoque iuri, quod sibi competere nescit renunciare praesumitur leg. mater decedens 19 ff. de inofficios. testam. docent Cuiac. Bart. Castrens. et Bisan. ad nram Lxm. et D. Barb. ad leg. si alienam 12 ff. solut. matrim. n. 48. in fin. et 99 in princ., quorum sententiam utcumque nimium libens amplector, adjiciens tamen cum Paul. Castro ubi sup. n. 1. actum conductionis a bonae fidei possessore celebratum in hac specie suae possessionis iacturam operari non posse, quia ipso facto inutilis est. cum enim possessio sine animo amitti non valeat, sequitur praecise contractum locationis, et conductionis ab ignorante possessore celebratum inutilem esse debere, quia semel retenta possessione non potest conductor effici, quoniam implicat conductorem esse, et simul possidere d. leg. si quis ante 10. §. 1. cum alijs supra relatis ff. h. tit.

2 Si possessor sciens se possidere conduxerit possessionem amittit.

Sin autem bonae fidei possessor sciens se possidere conduxerit, possessionem quidem amittit; plane enim quis suae possessioni conscius rem conduxit ex ipso actu conducendi animum amittendae possessionis facile et aperte demonstrat, nam cum sciat, vel scire teneat, se conductorem, simulque possessorem esse non posse d. leg. si quis ante 10. §. 1. d. leg. qui bona fide. 19. leg. interdum 21. §. ult. ff. h. tit., in ipsa voluntate conducendi involuit aliam amittendae possessionis manifeste quoque satis ostendit, se potius conductorem, quam possessorem esse velle. Ex hoc igitur animo amittendae possessionis ex voluntate conducendi illicito optima iuris ratione, inducitur amissio possessionis, haec namque solo animo valet amitti leg. possideri 3 §. in amittenda 6. ff. h. tit. Donel. lib. 5. comment. cap. 8. et ibi Osuald. D. Fecter lib. 1. opusc. cap. 14 D. Hier. de Oroz lib. 4. de apicib. iur. civil. cap. 13, quo enim alio animo potuit conducere rem, quam sciebat se possidere, nisi ut eum a quo rem conduxit possessorem faceret; desinit ergo sibi possidere, et incipit locatori possidere, quem ratione contractus locationis, et conductionis cum eo initi possessorem constituit; postquam enim conduxit, verum rei possessionem amplius non habeat, sed in illius duntaxat possessione est, ideo quoque rei conductae possessor non apellat, sed nudus tantum illius detentator, quoniam non suo nomine, nec sibi, sed nomine locatoris, et illi possidet. d. leg. si quis ante 10. §. 1. leg. qui bona fide 19 leg. interdum 21. §. ult. ff. h. tit. leg. officium 9 ff. de rei vind. itaque si vera

vero

vero Dño rei locatæ, sive ab alio ex inductione acceperit, possessio ab illo ratione conductionis amissa ad Dñum revertitur, si is locator fuerit, vel ad quemcumque alium locatorem transit. d. lg. interdum. 21. §. ult.

3 Valet contractus locationis in praed. specie, et conductor non mutat sibi causam possessionis.

Quibus sequens est contractum locationis a bonae fidei possessore celebratum in hac specie ratione possessionis absque dubio validum esse; sicut enim conductio a rei Dño facta vim possessionis alienae utilisque, ut constat ex verric. ult. [illegible] Cur non idem dicendum in conductione rei a bonae fidei possessore suae possessionis conscio celebrata, cum ex actu conducendi animum amittendae possessionis expresse demonstret, eamque in locatorem procul dubio transferatur, qui plane incipit possidere, d. lg. quod bona fide. 19. in princ. et lg. interdum. 21. §. ult. ff. h. tit. quin sibi causam possessionis mutet; quod quidem iure prohibetur. lg. possideri. 3. lg. illud. 19. ff. h. tit. lg. nihil. 33. §. quod vulgo. 1. ff. de usucap. lg. quod legatorum. 2. §. 1. ff. pro herede. lg. certe. 6. §. Iulianus. 3. ff. de precario. lg. cum nemo. 5. C. h. n. tit. Cum enim conducendo animum abiiciendae a se possessionis, transferendae quoque in locatorem se habere declaret, profecto non mutat sibi causam possessionis; qui non vult possessioni incumbere ex alia causa sibi possidere, quod, me hercle, necesse est, ut dicatur mutari causam possessionis, imo desinit aperte sibi possidere, incipit quoque locatoris nomine possidere. lg. quod meo. 18. lg. quod bona fide. 19. §. 1. ff. h. tit. quare ipse non iam amplius possessorem, sed locator, cuius ipse nomine possidet, d. lg. quod meo. 18. cap. cum venisset. 9. extra de restitut. expoliat. cap. si diligenti. 17. de praescript. docent Duaren. in clara phrasi ad d. lg. possideri. 3. §. illud. 19. ff. h. tit. ubi etiam Cujac. in recitat. et ad dd. lls. ~~possideri. 3. §. illud. 19. ff. h. tit.~~ quod meo. 18. et quod bona fide. 19. §. 1. ff. h. tit. et lib. 44. [illegible] Iuliani, ad d. lg. nihil solus. 33. §. quod vulgo. 1. ff. de usucap. D. Hyero, de Oroz lib. 4. de apic. iur. cap. 14. n. 5. Hubertus Gifanius ad d. lg. possideri. 3. ff. h. tit. ex n. 106. usque ad 112.

4 Impugnatur superior doctrina et asseritur, amissam possessionem ad locatorem transire non posse.

Hanc tamen doctrinam tametsi primis iuris valde conformem, et consentaneam acriter, et eque subtiliter instare poteris dicendo; quod licet bene verum sit, quod bonae fidei possessor, qui suae possessionis conscius rem conduxit, illius possessionem perdat, quoniam eius amittendae animum facile conducendo demonstrat; repugnat tamen hanc possessionem ad locatorem transire: quod sic ostenditur: nam vel haec possessio amissa fuit ante celebrationem contractus locationis ex quo destinavit possessor illum celebrare, aut in ipso actu conducendi antea ad illius perfectionem, vel denique post perfectionem contractus, sed in nullo ex his casibus potest in locatorem amissa possessio transferri; ergo quia repugnat, hanc possessionem ad eum transire, quod supponimus in maiori, certum est, quippe in uno ex praedictis temporibus procul dubio amittenda est possessio. minor autem in qua tota versatur difficultas sic probatur, si amissio possessionis praecessit contractum locationis, aut illius saltem perfectionem, impossibile est iuxta regulam iuris, quod tran

transeat ad locatorem possessio: nam cum penes conductorem non recideat tempore perfectionis contractus, quo illius transitus fieri debebat, impossibilis redditur eius transmissio, quia contra regulam iuris nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet. l. nemo plus 54. l. nemo plus commodi 120. ff. de R. I. sin autem fuit amissa possessio post perfectionem contractus, constat expresse, possessionem ad locatorem transferri non posse, nam per locationis contractum, mediante quo celebrari debebat transmissio possessionis, apparet inutilis est: Ceterum possessione penes conductorem remanente toto tempore celebrationis contractus, deficit contractus materia ad illius subsistentiam; nam in locationis materia, et fundamentum est, sit aliena possessio, ut patet ex versic. ult. nostri textus, si quo tempore celebratus contractus, haec locatoris adhuc effecta non est, neque ex defectu materie locatio consistere, quae in deffundamenti defectu debet praecise corruere, ut perfecto corruunt propter hoc vitium omnes alii contractus. neque enim potest locator possessionem adhuc suam non factam, alteri locare, nec valet conductor suam possessionem adhuc non amissam ab alio conducere: quoniam rei, vel possessionis propriae neque dari conductio, l. qui rem 15. ff. deposit. ubi Ant. Fab. in ration. l. siquis domum 9. §. ult. ff. locati. l. qui rem 20. C. eod. tit. ubi Cuiac.

Ceterum hoc dubio non obstante asserendum est, possessionem amissam a bonae fidei possessore, qui sciens se possidere conduxit, absque dubio in locatorem transferri mediante dicto contractu locationis, et conductionis, qui perfecto validus est. Verum quia tota solutio difficultatis pendet ex praefinitione casus, amittendae, transferendaeque possessionis, illam iam assignabimus. Statuimus itaque, possessionem in hac specie, non amitti ante celebrationem contractus, neque in ipso actu conducendi, sed ante ad illius perfectionem: nulla quippe huius temporis adest ratio, quae possessionis amissionem possit inducere, cum illius amittendae animus perfecto deficiat. Plane quis certe vellit desinere possidere, quia rem a se possessam constituit conducere; haec tamen amittendae possessionis voluntas, non est per se efficax ad inducendam amissionem possessionis; quod ut omnibus manifestum ostendam, et quasi aeternae veritatis principium evident persuadeam, duplicem esse distinguo amittendae possessionis animum: simplex, purus, perfectus, et absolutus unus; alius vero imperfectus et conditionalis. Simplex et perfectus amittendae possessionis animus intervenit, quando vult quis illico, et statim desinere possidere, et hic adeo efficax est, ut possessionis amissionem confestim operetur leg. 1. §. si vir uxori 4 in fine leg. possideri 3 §. in amittenda 6. ff. h. tit. Valent. lib. 1. illustr. tract. 2 cap. 7. n. 3. et §. Cuiac. in d. §. si vir uxori 4. Animus

autem

Ceterum difficultas est de extendendo quod dictum amitti non posse ante celebrationem locationis vel perfectionem illius.

autem amittendi possessionis imperfectus, et conditionalis est, qui sub aliqua expressa, vel tacita conditione concipitur, et tunc adest, cum possessor non simpliciter, et absolute, et pro tempus vult possessionem dimittere, sed habito respectu ad existentiam conditionis, quam apposuit, vel ad perfectionem contractus, quem celebrare decrevit. Porro hic animus possessorem illico sua possessione non privat, sed ex tempore existentis conditionis, aut perfectionis contractus: noluit etenim possessor pro tunc desinere possidere, ex quo destinavit conditionem inserere, vel celebrare contractum, sed tunc quando existeret adiecta conditio, aut perfectum redderet contractum: quo ante quam existat conditio, vel perficiat contractus, non potest amitti possessio ex defectu animi, qui ut imperfectus, illius amissionem nequit inducere.

6 Comprobatione praedictae doctrinae exponitur textus in leg. qui absenti 38 ff. h. tit.

Quam interpretationem signanter probat elegans quidem ac rem textus in leg. qui absenti 38. in principio et in § 1. ff. h. nostro. tit. ubi cum servo absenti scripsisset dominus, et in libertate moraret; quem rebat, an ratione huius manumissionis per epistolam factae servi possessionem confestim dominus amisisset, respondet quoque Iulian. epistolam non prius effectum habere, quam servus eam acceperit, et certior factus domini voluntatem et beneficium agnoverit propterea quoque possessionem servi non ante dominum amisisse videri. Sicut enim servus vindicta, vel censu manumissus ipse a possessione domini statim eximeretur leg. qui universas 30. § item mobile 4. ff. h. tit. de acquir. posse. et protinus liber efficeretur, quia ut scitum docet Cuiac. in hac leg. 38. hic actus et legitimus non recipit diem, nec conditionem leg. actus legitimi 77 ff. de R. I., manumissio tamen quae fit per epistolam, neque legitimus, neque solemnis actus est, ideoque recte sub conditione celebrari valet, puta, si servus meus est, vel si epistola, et voluntas mea ad servum perlata fuerit: quae posterior conditio semper inesse videtur manumissioni per epistolam, quoniam haec manumissio, ut eleganter ait Iulian. in hac leg. 38 non tam est manumissio, quam destinatio domini servum manumittere volentis. Quare non ante servus libertatem consequitur, nec a domini possessione liberatur, quam epistolam acceperit, illiusque voluntatem, et beneficium agnoverit, quia non prius tenet manumissio, quod et de qualibet donatione similiter vulgo iactari solet, et probatum est in leg. qui absenti 10. ff. de donat. (de cuius vera intelligentia consulendi sunt Cherius lib. 1. in quaest. cap. 32 et Franc. Velis de donat. cap. 6. § unic. per totum praecipue n. 20 et 21.) cum enim animus et voluntas domini libertatis epistolam scribentis non fuerit simplex, pura, et absoluta voluntas manumittendi servum, sed imperfecta et conditionalis, concepta scilicet sub praedicta tacita conditione; neque valida est manumissio, nec desinit dominus servum possidere usque dum tacita illa conditio adimpleatur, ut cum iudicio exponit Cuiac. in recit. ad d. leg. qui absenti 38 et lib. 44. ff.rum Iulian. Pariter si aliquis voluerit desinere sub conditione possidere, licet de facto possessionem tradiderit, eam non amittit, neque prius in

acquisi

accipientem transfert, quamquam existat conditio, nam usquedum impleat, impetrata facta adhuc animus illius ulterius nequit inducere l. leg. qui absenti 38. §. 1. leg. sine in vacuam 34. in fine prij ff. h. tit. si ergo in illis casibus nequit ex defectu perfectae voluntatis amitti possessio tametsi illis inteueniant fauor libertatis, et naturalis factum [illegible], recte asserimus non posse in nostra specie possessionem amitti ante celebrationem contractus locationis, nec in ipso actu conducendi ante ad perfectionem illius: quippe nulla tunc adest amittendae possessionis voluntas, vel imperfecta saltim et conditionalis, de futura scilicet ad locationem et conductionem, quae obid prius incipere valere necesse est, quam perfectam reddat voluntas; noluit enim possessor statim desinere possidere, sed habito respectu ad locationem, id est sub illa tacita conditione si utilis esset locationis contractus: unde non antea propter defectum animi possessionem amittere nec in locatorem transferre potest.

Restat igitur in nostra specie possessionem amitti, et in locatorem transferri in instanti perficiendi contractus, id est in instanti, quo incipit locatio perfectionem habere, quod meo iudicio est illud tempus ad quod amittendae possessionis animum retulit possessor, quoniam tunc incipit valere, mediante quo voluit possessionem dimittere, et in locatorem transferre, nec tunc offendit obiectio supra n. 4. posita, quae persuadere intendebat locationis contractum in his terminis ex defectu materiae valere non posse, quia rei, vel possessionis propriae inutilis conductio leg. quae rem 15 cum alijs ibi relatis ff. de positi leg. nec pignus 45 ff. de reg. iur. et nequit prius in locatorem transferri possessio, quam adueniat locationis perfectio, cum utrumque eodem instanti quod non recipit divisionem simul agendum sit: etenim ad huius difficultatis resolutionem obseruo, quod licet bene verum sit, quod in eodem instanti, quo amittit, et transfert in locatorem possessio contingit etiam locationis perfectio, quin possit affirmari, quod namque prius actum fuerit, quippe ita eodem ictu, et instanti simul utrumque gerit, ut unum alio, neque prius, neque posterius esse dicatur, vel credatur; quoniam instans divisionem non admittit, hoc certissimum est, habito respectu ad tempus, nam prioritas temporis in instanti considerari non valet, cum minutissimum et ferè imperceptibile unius instantis tempus prius, vel posterius non capiat. unde prioritate temporis, et nostrorum interpretum verbis vtar in instanti nihil procedere, vel subsequi creditur, sed omnia eodem ictu simul gesta esse videntur, secus vero inspecto ordine intellectus, hic enim ut nimium subtilis discernit quod non vident oculi leg. seruus communis §. ff. de iniust. servor. divisiones admittit, quas materiale tempus non capit, et instans, quod indivisibile reputat tempus scindit separat, et diuisibile constituit. Quare ex duabus rebus, quae in eodem instanti gerunt prioritate temporis, prior una, et alia posterior esse non potest, nam cum instans habito respectu ad tempus indiuisibile sit, implicat in eo dari prius et posterius, quia in illis, quae in puncto indiuisibili eodem ictu simul gesta esse creduntur, prioritas vel posterioritas nulla considerari valet. At vero ordine intellectus vna procedere, et alia subsequi intelligit, quia cum intellectus sua nimia subtilitate instans

Asserit amitti et transferri possessionem in instanti perficiendi contractus, et sternit via solutioni difficultatis.

separet, et scindat, hac instanti divisione facta, quod optime potest in eo prius, et posterius distinguere, et constituere.

Traditur vera solutio ad praedictam difficultatem

Quibus sic breviter observatis facile iam se offert vera solutio ad praedictam difficultatem. Sicut enim amissio, translatioque possessionis, et perfectio contractus unico et eodem instanti simul celebra

attendit ordo intellectus in institutione servi proprij, qui ut sit necessarius heres, libertatem, et hereditatem ex domini testamento consequitur § 1. inst. de hered. qualit. et differ., ubi notant repetentes, et Donel. lib. 7. comment. cap. 1. et ibi Osuald.; sed tamen ut acquisitio hereditatis tempore habiti celebrata domini testamentum conservet, a semetipso credit servus libertatem consequi leg. sed si conditioni 6. § ult. ff. de hered. instit. leg. ex parte 58. ff. de acquir. hered. leg. 2 § primus 3. ff. de statu liber.; et licet eodem instanti liber et heres fiat. leg. quoties 7 § si quis 14 ff. de hered. inst. libertas tamen ordine intellectus, credit hereditatis acquisitionem praecedere. Chesius lib. 1. interpretation. cap. 20. n. 22 cum sequentib. Conan. lib. 10. comment. cap. 5. n. 6. in fin. Santolaria interpretatione 12. n. 10 Cuiac. in recit. ad leg. qui filiabus 17. ff. de legat. 1. ad medium.

10
Prosequitur illustratio solutionis

Idem quoque contingit in fictione legis Corneliae. si enim aliquis capiatur ab hostibus, et ibi postea decedat, in eodem instanti; quo capitur, fictione legis Corneliae credit decessisse, ut civis Romanus mori intelligatur, Valent. lib. 1. illustr. tract. 3. de postlim. et leg. Cornel. fictionibus Cap. 5. n. 5 et 6, vel in ultimo instanti captivitatis, ut recte censet Santolaria interpretatione 22. n. 10. et 11. post tum in leg. pater 10. leg. in omnibus 18. ff. de captiv. et postl. reversis; sed quamvis in eodem instanti, inspecto tempore, re vera, indivisibili, civiliter et naturaliter, captivus mori intelligatur, lex tamen Cornelia, ut testamentum ab eo prius in civitate factum defendat, non habito respectu temporis, ordinem intellectus attendit; et naturalem mortem praecise supponit, fingens captivum civem Romanum decessisse; quoniam illud ultimum instans, tametsi primum servitutis instans sit, intellectu iuris libertati tribuitur, ut egregie subtiliter observat Santolaria ubi proxime n. 13: quem ad modum primum instans moriendi, vitae adscribit in leg. ult. ff. de condit. instit. (de cuius vera intelligentia consulendi sunt sub titulo Costa lib. 2 select. cap. 1. Santolaria interpretat. 8. n. 7 et 11. et interpretat. 11. n. 7. et 8. Cuiac. lib. 4 quaest. African. in leg. si filius heres 16. ff. de liber. et posthum. et lib. 13. quaest. Papin. ind. leg. ult.) et in leg. qui decor 18. § 1. ff. de manum. testam. Tandem in scriptura testamenti, ordo quoque intellectus inspicitur; etenim si aliquis ante heredis institutionem, legata, et fideicommissa reliquerit, vel libertates dederit, licet haec omnia institutiones antiquitus essent, quatenus imperfecto testamento relicta, nova tamen iuris constitutione perfecti conservantur: quia inspecto ordine intellectus, post heredis institutionem relicta censentur § heredis 34. inst. de legat. & leg. ambiguitates 24 cod. de testam. si ergo in his casibus intellectus sua nimia subtilitate, instans divisibile facit, propterea que illius ordo ad conservationem actus inspicitur; mirum videri non debet, quod in nostra specie attendat, ut subsistat locationis contractus, qui ut vidimus, inspecta prioritate temporis procul dubio invalidus esset.

11
asserit adesse in locatore voluntatem possidendi, et rei traditionem saltem civilem intervenire

Sed ne aliquis in hoc casu relinquatur scrupulus, breviter animadvertendum est, transmissionem possessionis in locatorem impediri non posse ex defectu voluntatis possidendi, neque ex defectu apprehensionis rei ponendum. Licet enim nec voluntatis possidendi, nec traditionis mentio fiat, utramque tamen, tanquam necessarium animus ad translationem possessionis

Cam-

cum Tertiliano nostro pro certo supponimus. Planè voluntas possidendi ex ipso actu locandi evidenter elicitur. ad quem enim aliud finem locator, sive sit Dominus rei locatae, sive non, rem in locationem dare potest, nisi ut possessionem eius, quam mediante conductore vult conductor dimitere, in se transferat? quis alius potest esse locatoris animus, nisi acquirendae possessionis? potuit enim alio tendere locatoris voluntas, quam ad acquisitionem possessionis? Certe non utique nam possessio non acquisita nullum ex locatione commodum sentiret, quod me Hercle, credendum non est; nemo quippe frustra creditur operari. Et quia si in locatorem possessio non transiret, inutilis redderetur locationis contractus; quod in dubio praesumi non potest: quoniam ea est semper in ambiguo sumenda interpretatio, quae actum, qui geritur, conservet, et defendat vulgaris textus in leg. si quando 109. ff. de legatis 1. ubi Cujac. lib. 6. quaest. Africani. adeo autem certum est, possessionem in hoc casu ad locatorem transire, ut ei quoque possit acquiri, qui non judicans, se rei possessorem eam in locationem dederit: quia licet acquirendae possessionis animus in hac specie reverà deficiat, nam possessionem, quam suam existimat velle acquirere credi non potest; semel tamen amissa possessione animus locatoris possessionem continuare volentis sufficit ad inducendam de novo acquisitionem, ut ex antiquorum Doctrina subtiliter observant Ant. Fom. in leg. 45. Davvi. n. 24 et 41. et Dominus Barb. in leg. si alienam 12. ff. soluto matrim. n. 100. et 101. ubi elegans circa hanc partem discrimen assignant inter Dominium, et possessionem, quod nunc in ea quaestione casu praecurremus, et explanabimus. Cum denique ad esse videtur apprehentio rei possessae; nam quamvis nulla vera, et naturalis traditio intercesserit, creditur tamen rem ad locatorem pervenisse, ab eo quod deinde ad conductorem reddiisse. itaque civilis traditio intervenisse praesumitur, quae eandem vim habet, ac naturalis traditio, inducitur quod a lege circuitus vitandi causa quoties penes eum residet res, ad quem ex mente contrahentium ultimo, et ad extremum reversura erat. Cuius civilis traditionis passim in jure nostro suppetunt exempla, ut videre est in leg. 1. §. si iusserim 18. leg. quod si meo nomine 18. §. si venditorem 2. leg. inter dum 21. leg. quandoque 51. ff. h. tit. leg. certi conditio 9. §. ult. leg. singularia 15. ff. de rebus cred. leg. qui negotia 34. ff. mandati. alia tradit Cujac. lib. 1. Gefroy Pap. in leg. clausibus 74. ff. de contrah. empt. ubi videndus, qui civilem traditionem pro optime exponit.

12.
Proponitur alter casus, an sciens Dominus rei venditam suam rem conduxit illius dominium amittat.

Succedit igitur alter casus, videlicet, utrum Dominus rem suam scienter ab alio conduxit, ipsius rei dominum videatur amitere? ad cuius resolutionem cum Tertiliano nostro distinguendum est; aut enim Dominus dominij sui conscius rem quasi alienam conduxit, an quasi suam proprij in dubio

acce

accepit. si Dñus sciens rem suam ee, eam quasi alienam Conduxit, illius Dñium n amittit
nam locatio n sit titulus habilis ad translationem Dominij, ut Constat ex nra leg. in
fine. ex leg. qui n solet. 39. ff. locati. leg. sigs. officium. 9. ff. de rei vindicatione
Cum tum Dñium solo animo, et volunt. amitti n possit. leg. sigs vi. 17. §. de
fra. ff. h. tit. leg. traditionibus. 20. C. de pactis, nulla utique militat in pp̃ta
re rão, ex potestate Cuius amissio Dñij possit induci, ut recte docent in nro
tex. Aurs. Barth. Paul. Castr. Ripa, Alex. et alij, quos subscribit Pereg. Barb.
ad leg. si alienam. 12. ff. soluto matrim. n. 100. et 101. Dñium enim, ut ami
tatur, factum Dñi proprie requirit: veluti traditionem ex iusta cã acquirendi
Dñij alteri factam, aut proiectionem, seu derelictionem rei. debet itaque Dominus
si vult rei propriae Dñium amittere, eam ex legitimo titulo alij tradere, puta
ex tit. emptionis, donationis, mutui, stipulationis; vel illam proijcere, ut pro
derelicto habere: nam ex facto derelictionis, seu proiectionis tanquam legitimo,
et a jure aprobato amissio quoque Dñij statim inducitur, quoniam ex illo viam
acquisitioni Dñij aperire lex voluit. §. qua rãe. 47. inst. de rer. diuis.
ubi notat Repetentes. leg. 1. et 2. ff. pro derelicto, Bened. Pinel. lib. 1.
select. cap. 9. Cepola ad tit. ff. pro derelicto. solo autem animo, et voluntate
Dñium amitti n valet: rão quippe animi, et voluntatis nimis leue fundamentum
e ad abijciendam rem tanti momenti, et noluit lex prudentissime [illegible], ut res
magnae profecto estimationis, et in ee acquisitionis effectiva, ut notant Inter
pretes in §. sed itaque discretis. 14. inst. de action. ex tam leui cã amitteretur.
n satis e qd. ad amissionem Dñij, quod quis Dñium ee nolit; valde elegans e in hac
re Coparão, qua utit Modestinus in leg. 34. ff. de pactis ex quo obseruat Cuiac. ubi nup. sicut
enim n desinit ee mihi agnatus, quem dixi nolle meum ee agnatum, aut de quo pepigi, ne agna
tus meus eet, ita n desinit mea ee res, quam dixi nolle meam ee, aut quam pepigi, ne mea eet, sed
mea fiet nudo pacto: nam sicuti ius agnationis sola voluntate n tollit; ita pariter domi-
nium ex sola rãe voluntatis amitti n pot; aliud obseruat in possessione, sed de hoc postea
in sequenti casu.

13 impugnat nuper tradita doctrina

Hec tamen doctrina ex eo valde dificilis reddit, q. licet sola rão animi,
et voluntatis, dominij amissionem n possit inducere; attamen in psenti debet dominus
qui rem suam, ut alienam, sciens ppriam ee, Conduxit, illius dominium amitere, q. cum volun
tate dominij amitendi Concurrit titulus habilis ad ipsius translationem, donatio scilicet,
qui ex animo amitendi dominij, et ex actu Conducendi aperte satis elicit. Plane qui scit
dominij Concius rem suam a titio, n tanquam ipsius ppria, sed ut titij, ab eo in Conductionem

accepit

accepit, vult quidez rei dominiuz amitere, illud que in titiuz transmitere; naz quez naz obscuro illius post alia ee mens, nisi ut desinat dominus ee, et titius dominus simul efficiat. sed ad transmisionez huius dominij n sufficit titulus locationis, et conductionis, quippe locatio non mutat dominiuz leg. n solet 39. ff. locati: quo ex mente domini conductoris facile colligitur, ad translationez dominij, donationis titulus interuenire arguo tex in leg. cuius per errorez 53 ff. de reg. iur. Ratione igitur huius tituli ex mente conductoris elicit, et cuz illius voluntate coniuncti, debet rei conductae dominiuz ad locatorez transire. Quod perfecto et vero contractus efficacit etiaz persuadet: quia cuz rei propriae nequeat dari conductio, q in compossibilis cuz dominio leg. quirez 20. cod. de locato. leg. quirez 15 ff. deposit, ne dominus conductor contrahendo ludere, iocari uideret, eo animo credit conduxisse, ut in locatorez dominiuz transferret vt sentiunt Anton. Gomes. ad leg. 45. tauri. n. 66. et P. Barbos. ad leg. si alienaz 12. ff. solut. matrim. n. 100. Satis ergo manifeste probat, et ex voluntate domini conductoris, et ex ipso actu conducendi, dominiuz in locatorez transferri debere, quoniaz habilis ex vtroque ad illius transmisionez resultat donationis titulus ut ex supradictis aparet.

14 Tradit illustrata Bart. et Paul. Castrens. sententia ad pdictaz difflatez

Hanc difflatez parui faciunt Bart. et Paul. Castrens. ad nraz texn, imo ut prorsus exteraz, et â re penitus alienaz contemnunt, illius suppositez negantes: itaque affirmant, voluntatez donandi in domino conductore falso in hac specie supponi; naz quez dominus, qui sui dominij conscius rez propriaz, ut alienaz conduxit, donandi voluntatez non habet, nec demonstrat quidez; ad hoc quippe tantuz conduxit, ut rei possessionez dimitat, et in locatorez transferat; res pro cuius vult valere contractuz. Qui enim rez propriaz, ut alienaz conducit, nequit donandi animuz habere, quia si donare vellet, vtique rez, ut suaz propriaz, n tanqz alienaz in conductionez acciperet: naz que vera donatio de re propria fieri debet alienae autez rei inutilis leg. 1. in princ. ff. de donat. § alie 2. inst. eodez tit. Si enim dominus rez, quaz conducit, vellet locatori donare, n inscriptione rei alienae, sed titulo rei propriae eaz in conductionez acciperet, ut donandi animuz omnibus expresse demonstraret. Plane cuz quis rez suaz â titio tanqz ipsius propriaz conducit, quomodo, quaeso, pot velle titio rei dominiuz distribuere, si iaz eiusdez dominuz supponit? Iste titulus rei alienae â domino rei suae in conductione constitus, donandi voluntatez penitus excludit; possessionisque amitendae et in locatorez transferendi animuz duntaxat ostendit, vt recte existimabant Bart. Paul. Castrens. quoruz sterilez et aridez conceptuz sic irrigandez et illustrandez censebaz.

15 Proponit et exponit opinio P. Barbos.

Petrus Barbosa ad dict. leg. si alienaz 12 ff. solut. matrim. n. 100. et sequenti authumabat, quod licet dominus conductor, qui sciens rez suaz ee eaz in conductionez accepit, vellit eaz locatori donatez nequit tamen illius dominiuz amitere, neque in locatorez

trans

transferre, qd. putabat locator rei locatę dominium ex antiqua causa ad se pertinere et se illius verum dominum ex antiquiori titulo firmit. credebat, propterea quem rem ut suam propriam conductori domino in locationem dedit, quare illius dominium ad eum transire non potuit: nam quis vellet dominus conducendo in eum transferre dominium, illi tamen quem rem non valet, qa. eam putasset rem suam ēē, deficit animus acquirendi dominij, sine quo illius acquisitio celebrari non pōt, quamtumuis vellit dominus illud transmitere leg. si ego 18 ff. de reb. credit. (de cuius vera inteligentia et conciliatione cum leg. cum in corpus 36 ff. de acquir. rer. dom. consulendus ē dom. Vela, qui plures et plura refert lib. 1. opusc. cap. 24 ex n. 10. usque ad 18. et de donat. cap. 8. n. 5) et ex leg. de eo 3. §. sublilius 8 ff. de cond. cā. data. secundum extensionem glosę ad ntrum txtm verb. quasi in fin. Bart. n. 5. Areten. Columna 2 ad fin. quos refert P. Barb. d. n. 100. Dom. Vela lib. 2 opusc. sect. 2. cap. 8. n. 10. et 11. etenim donatio sine acceptatione affectum non hit leg. si absenti 10. ff. de donat. Chesius lib. intr. stat. iur. cap. 32 Dom. Vela de donat. cap. 6. §. unic. n. 20. et 21. Cum ergo in utilis sit donatio ex defectu acceptationis, seu animi acquirendi dominij nequit in locatorem transferri dominium; repugnat enim, eum dominum effici, qui ex antiqua cā, se verum dominum rei ēē credebat. ex quo infert rei conductę dominium apud dominum conductorem procul dubio manere: nam pōt quod qd in utili constituto donationis titulo residet sola voluntas, q ut diximus non sufficit ad amissionem dominij d. leg. si quis vi 17. §. diferē ff. h. tit.; ex alia rāē non pōt amitti dominium, nempe qa. quotiens vult quis dominium dimitere, simul que in alium transferre, illius iactura non aliās inducit, quam si pervenit illi quem sitem, in quem transla rem voluit. optimus txt in leg. nec utilem 20 ff. ex quibus cās maior. diversum profecto ius in possessione obtinet leg. qd meo nomine 18 §. si furioso 1 ff. h. tit. sed de hoc postea in sequenti casus expositione dicemus.

16 animus continuandi dominium illius acquisitionem de nobo non inducit. secus in possessione.

Ex quibus etiam colligit locatorem, qui rem in locationem dedit putans se illius dominum ēē, eius dominium quęrere non posse, quamtumlibet se illud retinere proclamat: licet enim animus retinendi possessionem, quam quis se hēre putavit, inducat illius acquisitionem de nobo, ut enixē defendit Bart. cōit receptus in leg. possideri 3. in princ. ff. h. tit. n. 3. per txtm in leg. 1. §. 4. ff. h. tit. ex eo, qa. animus conservandi continet voluntatem acquirendi, quoniam voluntas ad conservandum inducit, et extendit ad incipiendum leg. posthumus 12. §. ult. ff. de iniust. rupt. leg. qui ex liberis 11. §. testamento 2 ff. de bonor. possess. 2m. tabul. leg. qd vulgo 11. ff. pro emptor. leg. etiam si 2 Cod. cōia utriusque iudicij et propterea, qui occupat rem animo continuandi possessionem, nō vera alienam, sed quam tamen ex atiqua causa suam ēē credebat, possessionem de nobo querit, et legitimus rei possessor constituit: veluti si occupat fundum, cuius possessionem, si prius apprehen disse lapsu me morię putat, aut quod eius procuratorem accepisse sibi aliquo errore persuadet. docet pluribus relatis Anton Gomez ad leg. 45 tauri n. 41. ubi late fundat, et pōtius adducta iura refert aliaque hanc sententiam, quam optime et elegant probant; Animus continuandi dominij, qd quis suum

esse

ẽẽ existimauit, illius acquisitionem de nobo nequit inducere. Cuius diuersi iuris rão in eo Consistit, q.ª dominium non amittit solo animo, nisi quærat illi, in quem dominium transactum voluit d. leg. neque Stilem 20 ff. ex qq. cũi maior.; possessio autem solo animo statim amittit, tametsi illi non quærat, cui ego quesitam voluit d. leg. qd meo nomine 18 §. si furioso 1. ff. h. tit. quare animus continuandi dominij, qd reuera nec vacat, nec recessit â uero domino, nouam illius acquisitionem nequit inducere; animus v.º continuandæ possessionis, q.æ p facto iam vacat, nouam illius acquisitionem facili pot inducere, et operari. obseruat ex Immola et Iason. D. Barbos. ad d. leg. si alienam 62. ff. solut. matrim. d. n. tot.

17 Obstat superiori sententia Ex his oibus concludit D. Barbosa ubi sup., qd licet dominus, qui sui dominij conscius rem ppriam, ut alienam conduxit, habeat animum illius donandæ, et in locatorem transferendæ, nequit eius dominium ad locatorem transferre: nam cum rem ex antiqua cõ suam ẽẽ putasset, n. pot effectum hẽre donatio ex defectu acceptationis, seu animi acquirendi dominij: quare uirtute illius dominium locatori acquiri n. valet d. leg. si ego 18 ff. de reb. cred. d. leg. si absenti 10. ff. de donat. Neque item rõe animi illius conseruandi, quoniam animus continuandi anticuum dominium, eiusdem acquisitionem de nobo nequit inducere. Nec obstat doctrina Bart. in leg. gerit 88 ff. de acquir. hered. n. 31. asserentis, qd animus continuandi dominium inducit illius acquisitionem de nouo, cui subscribit ibi Aretinus column. penult. et Crotus in leg. frater â fratre 38 ff. de condict. indebit. n. 86; nam pt.ªqq. qd hanc Bart. sententiam impugnat Bulganus in leg. 1. cod. qui admitti ad Bonor. possess. n. 54, illius doctrina pcedit in herede adeunte hereditatem, et sic q.ª dominium reuera uacabat. Licet enim p morte testatoris n. dicant eius bona vacare, q.ª hereditas, q.æ illius psonam representat, eorum dominium nunqq interruptum retinet et conseruat leg. liber homo 13 §. si seruus 2. ff. ad leg. Aquil. leg. post additam 15. ff. de interrogat. in iur. facien. leg. n. minus 31. §. 1. de hered. instit. leg. qd seruus 56 in fin. ff. de stipulat. seruor. cum plurib. alijs, quas refert Valent. lib. 2. illust. tract. 4. de acquir. hered. cap. 1. n. 6. tamen quantum attinet ad heredem institutum vacare dicunt, quippe ad illorum acquisitionem, voluntatem, verbis, vel factis explicatam opus hẽt heres leg. 1. leg. 2 leg. si ex asse 10. leg. p herede 20 leg. qui ex duobus 53 cum sexcentis alijs, quas adducit Valent. d. lib. 2 tract. 4. cap. 4. n. 1. §. extraneis autem 5. inst. de hered. qualit. et differ., mediante qua retro dominus fuisse censet, tanqq si ea bona in alterius dominio nunqq fuerint leg. heres 54. ff. de acquir. hered. cum quidem voluntatis explicatio necessaria utique n. foret, si dominium tanqq nunqq vacuum cum continuaret. Ut contingit in suis heredibus, qui sine aditione vel p hereditis gestione statim ipso iure heredes existunt leg. 1. §. qui sũt in potestate 2. ff. si quis omis. cã testam. leg. si optio 13. ff. de option. legat. leg. Iulianus 83. ff. de cond. et demonst. §. sui autem 2 inst. de hered. qualit., quoniam rãpu illorum nunqq vacat dominium, imo in illos, ut iam antecedenti

Dominii

dominos continuat, ut qui semper eorum proprium transfert leg. in suis 11. ff. de liber. et posth. Valent.
lib. 3 illustr. tract. 3 de suorum hered. iur. et successi. cap. 2 n. 2, 4 et 5. Cum igitur dominium rerum here-
ditariarum respectu heredis extranei vacare videatur, animus continuandi dominium hereditatis,
quod putabat haeres, pro defuncto acquisitum, inducet acquisitionem de novo dominij vacantis respectu
heredis: quia tunc incipit in dominio militare eadem ratio, quam assignavimus supra in possessione vacante.
Si autem dominium non vacet, sed penes eum remaneat, qui voluit illud transferre, et continget
in nostra specie, animus continuandi dominium novam illius acquisitionem inducere non valebit,
docet, licet non ita illustret P. Barb. ad d. leg. si alienam 12 n. 102.

58.
adhuc roborat superior doctrina et solvit quaedam obiectio D. eam n. ante proposita.

Haec tamen interpretatio P. Barb. adeo obscura est, ut potius difficultatem augeat,
quam diluat, et insuper a veritatis via perfecto declinat. Quare ea in suo habita longe verius, et
expeditius dicendum, et asserendum est, solum animum continuandi dominium, novam illius acqui-
sitionem inducere nunquam posse: nec offendit doctrina Bart. superius allata, quae quidem minime
contrarium probat, quippe solus animus continuandi dominium hereditatis, acquisitionem dominij
rerum hereditariarum de novo non inducit; nam praeter animum titulus quoque ad acquisitionem dominij
necessario desiderat. Quod ut clarius perspicue verum appareat, duplex casus distinguendus erit. Aut enim
heres habet animum continuandi dominium rerum hereditariarum, et quaerit de inducenda acqu-
isitione dominij, quod quidem revera penes defunctum testatorem extitit; aut vult heres detinere
dominium, et dubium est circa inducendam acquisitionem dominij, quod putat defuncti fuisse,
penes eum tamen nunquam certe recedit; in 1.o casu quamvis heres volens continuare dominium
illico dominus efficiatur, dominij tamen acquisitio ex solo animo non orit, sed inducitur ex titulo
additionis, qui quidem licet ex animo producat, et tamen immediata causa acquisitionis domi-
nij. Itaque heres non ex eo rerum hereditariarum dominus distinuit, quia scilicet voluit illarum
dominium continuare, sed imo, quia hereditatem adiuit. Est enim additio, quae fictionem here-
ditatis cessare facit, eamque in proprium heredis patrimonium convertit. leg. legatum 80. ff. de
legat. 2 leg. cum heredes 28. in principio ff. h. tit. leg. 1. ff. de separat. leg. 1. §. Scaevola
15. ff. si quis testam. liber. ea. cit.a leg. procuratorem 90. §. 1. ff. de acquir. hered.
docet Valent. lib. 2 illustr. tract. 4. de acquir. hered. cap. 1. n. 16 et lib. 3. tract. 1.
cap. 4. et 6. et repetentes ad §. in extraneis 4. inst. de hered. qualit. quod me herede
comprehensit Bart. in d. leg. gerit 88. n. 31. non recte intellectus a P. Barbosa, namque
ibi expresse docet additionem hereditatis ex animo continuandi dominium recte colligi
ex quo additionis titulo novam dominij acquisitionem indui affirmat. In 2.o autem casu
quo quaerit de inducenda in nova acquisitione illius dominij, quod revera penes defunctum

nunquam

nunq remansit, sed eius fuisse putauit hæres, securè affirmandum est, nullam in hac specie dominij acquisitionem induci posse, quippe nequit hæreditas in hæredem transferre dominium, scilicet, quod ipsa non conseruauit d. leg. cum hæredes 23 in princ. ff. h. tit. sed usucapiendi duntaxat causam ad hæredem transire leg. plerique 3. ff. pro hærede leg. ult. cod. eodem tit. Anton. fab. in rati. ad leg. pro hærede 11. ff. de petit. hæred. Cuiac. in comment. ad tit. cod. pro hærede Duaren. in parafrasi ff. ad eundem tit. D. Hieronim. de Asitta in rubric. ad tit. cod. de usucap. pro emptor. n. 161. constat ergo ex solo animo continuandi dominium in nullo casu hæredem dominium de nouo quærere posse; in primo namque ex legitimo additionis titulo ei adquirit in 2.º v.º quia deficit titulus, sola usucapiendi conditio ad illum transit. ig.º stat optimè, quod in nostris terminis ex solo animo continuandi, et retinendi dominium noua illius acquisitio non inducat.

19 Si locator sciat rem conductoris esse illius dominium acquirit, idem aliquo dubio quando res ut propria conducit.

Sin autem prosequitur P. Barbosa ad d. leg. si alienam 12. n. 102 sciret locator, quod res propria conductoris erat, propterea quod ex parte illius daret præsumpta acceptatio, quia tunc potuit translatio dominij ex titulo donationis effectum habere, pro conductionem rei propriæ amittet, et procul dubio in locatorem transferret dominium. Id quod ex parte ait, demonstrare Tertylianum in nostra leg. si aliquam rem 28 cum docet considerandum esse utrum quis rem suam ut propriam, vel tanquam alienam conducat: l aperte indicans propriam ut alienam in conductionem accepit non amittit dominium; quia cum locator tanquam suam locauerit præsumpta donationis acceptatio cessat, et sui dominij amissio nequit induci: si v.º rem ut propriam conduxit, et locator eam tanquam rem antea conductoris in locationem dedit, translationem dominij acceptare, et rem ut suam locare uidetur, ut ita possit ualere locatio, quare in hoc casu effectum habet donatio, virtute cuius dominij amissio, et translatio recta iuris ratione inducitur: quoniam ex uerbis contractus manifeste aparet, conductoris mentem esse, rei suæ dominium in locatorem transferre elegans textus in leg. quædam mulier 77. ff. de rei vindic. et mentem locatoris esse, acceptare donationem, et rei locatæ dominium sibi quærere. Deducit itaque, quod si ita celebret locationis contractus; scio hanc rem meam esse, et nihilominus uolo eam à te conducere, quod amittit, et transfert in locatorem dominium. Eiusdem sententiæ prius docuit Aretinus ad nostrum textum Col. 2. post principium ubi etiam Ruinus. n. 6. Cum enim titulo rei propriæ res à domino in conductionem accipit, animus donandi in eo euident aparet, et simul acceptatio donationis in locatore deprehenditur manifeste: nullus quippe alius potest esse animus domini rem suam ut propriam

Conducentis, qz rei, iuz dominiuz in locatorez transferre, nec alia locatoris pot ee volun tas, qz donationez admitere, et rei dominiuz sibi querere d. leg. qdaz mulier 77 ff. de rei vindic.

20 Proponit tcis opinio, q ablatex Dductione a domino facta dominiuz amitti, et transferri abte n posse.

Ex opposito nec dominiuz amitti, nec in locatorez transferri posse, sive dominus rez tanqz alienaz, sive ut propriaz Dduxerit enixe defendunt Bart. ad nruz text. n. 8. Paulus Castro n. 3. Alexander. n. 20 Ripa. n. 26 et alij ex antiquioribus, quos refert P. Bart. ad d. leg. si alienaz 12 ff. so lut. matrim. n. 103, quoruz hec st potissima fundamenta; nempe qa cuz rez propriaz ut alienaz Dducit dominus, qz uis suaz ee n ignoret, et hoc etiaz locator sciat, nulla videt interuenire donatio: naz si rez locatori donataz vellet Dductor, utique rez n ut alienaz sed ut propriaz Dduceret: titulus quipe rei aliene Dductioni impositus donan di voluntatez excludit; donatio enim rei aliene inutilis e leg. 1. ff. de donat. ibi cuz res propria tanqz aliena in Dductionez accipitur dominiuz ex defectu tituli nec amitti, nec in locatorez transferri valet optimus et elegans adrez text in leg. dedi 3. §. sub titius 8. ff. de Ddit. ca. dat. ubi cuz quis proprios nummos tanqz alienos dedisset, docet Ulp. nummos accipientis n fieri: qa magis, qz dare, restituere nummos uidetr intelligit, cuz inscriptio aliene pecunie nummorez traditione adiecta animuz transferendi dominij penitus excludat ut optime docet D. Retes lib. 2 opusc. sect. 2 cap. 8. n. 10. et 11. et Anton. Fab. in ratil; si vero rem propriaz n tanqz alienaz sed ut suaz dominus in Dductionez accepit, tametsi donandi anim us ex modo Dducendi facile deprehendat, adhuc tamez nec amitti, nec transferri pot domi niuz: naz cuz titulus donationis sit fictus, et parit ficta traditio, nequit induci amissio et translatio dominij; quippe due fictionis simul Dcurrentes inutilez reddunt actuz, cui accedunt. Sicut enim servitus servitutis dari n pot leg. 1. ff. de usufruct. legat. de cuius expositione Dsulendi st Ant. Fab. lib. 19. Ddect. cap. 8. in fin. Donel. lib. 4 Dment. cap. 5 Scelama lib. 7 membran. egloga 48 Cuiac. lib. 17 quest. Papin. in leg. iribus 8 ff. de usufruc. earuzrer. §. mediuz d. ita similit neque fictio fictionis ee pot docet Bartol. in leg. si is qui pro emptore 15 ff. de usucap. n. 70: deinde qa duo specialia, veluti dupl ex fictio simul Dcurrere n poss leg. 1. Cod. de dotis promiss. leg. cuz post divortiuz 68 §. generat. ff. de iur. dotiuz leg. si vero 12 §. plane 2 ff. mandat. Quare ficta donatio et traditio dominij amissionez et translationez operari n valet. De Dcursu autez duplicis fictionis, et qn illius Dcursus prohibitus, vel a iure pmissus sit videndus Bart. in d. leg. si is qui pro emptore 15 n. 67. cuz sequentib., ubi late mana pesequit.

Quam

47

21

ad mihi [illegible] sententiam, et nostris fundamentis respond.

Quae cum antiquiorum sententiam veriorem longe et subtiliorem, licet recla-
ment P. Barbos. ad D. leg. si alienam 18 n. 16 cum verb. sequen. et Anton. Gomez ad leg. 45
Tauri n. 66. quod iacta fundamenta suadent, et efficacius quidem alia, quae observabam et iam
statim proponam. Sit primum ex Tertylliani nostri mente, et verbis deductum; inquit Tertyllian.
in nostro textu, quod si dominus rem propriam conducat distinguendum esse, utrum ut suam, vel tamquam
alienam conduxerit et in illo casu locationis contractum inutilem esse affirmat, in hoc autem valere
docet. et omnes interpretes in eam sententiam unanimiter exponunt, et uno ore fatentur. Ex quo
sic arguor: si facta conductione rei propriae amitti et transferri potest dominium, longe
facilius tunc transmitteret, quando res a domino ut propria conducitur, quoniam ut sentiunt
ipsimet P. Barb. et Anton. Gomez donandi animus tunc perspicue magis apparet;
sed in hoc casu amissionem et translationem dominii negat expresse Tertyllian: ergo in
nullo casu amissio, et translatio dominii ex conductione rei propriae valet induci.
Maior evidens, et apud omnes est in confesso; minor autem, inquam tota consistit dictis, sic obiec-
dictis si rem propriam a domino ut tali in conductionem accipit [illegible] Tertyllian. noster,
ut nuper vidimus, inutilem esse locationis contractum; sed inutilitas locationis dominii
translationem excludit necessario; namque rei ad locatorem transmissione et sic iam alienam
absque dubio utilis esset locationis contractus leg. quirem 20 Cod. de locat. leg. qui rem [illegible]
ff. de [illegible] leg. neque pignus 45 ff. de reg. iur. ergo amissionem et translationem dominii
in hoc casu, et absolute negat Tertyllian. 2um fundamentum (cuius miror quidem
interpretes non meminisse) adeo efficax et robustum est, ut cum quam amplectimur antiquorum
sententiam inexpugnabilem reddat, quod et vel [illegible] munita sane placeret. Deprimitur
etiam expresse ex nostro textu in vers. sequent. docet in eo Tertyllian. quod si dominus sciens
rem suam esse illam ut propriam conduxerit, ad valorem locationis multum referre, utrum
proprietatis respectu an possessionis duntaxat intuitu celebrata fuerit conductio, nam
si fiat solius possessionis respectu valida est; si vero proprietatis intuitu, inutilis dicitur.
Cuius vers. sic expendo: si excogitabilis est aliquis casus in toto iure, in quo ex condu-
ctione rei propriae posset inferri vera donatio, virtute cuius in locatorem dominium
transferat, albo lapillo signanter scribendus est hic, videlicet, quando quis rem suam ut propriam
sciens conduxit, de quo mentionem facit Tertyllian., sed tam longe abest ut in hoc
posset induci vera donatio, et dominii translatio, ut nec vel sola possessio 2um
[illegible] Tertyllian. dici videat in locatorem transferri: nullus ergo assignabitur

ut

ē in jure cau, inquo rei p prię dductio dominij translationem operari queat. Si enim ex dductione rei p prię scienter à domino rispu ipsius proprietatis specialiter tacita nō pōt esse si-uera donatio, nec dominium ad locatorem transire, ex quo eo sic ero dducendi modo poterit deprehendi donandi animus, qui possit in locatorem dominium transferre? ex nullo utique quoniam nō ē assignabilis alius in quo eluceat pariter donandi uoluntas.

22 asserit D. P. Barb. et cōtra intiquorum sententiam, ex dductione rei p prię nullam dominij donationem in nrā specie colligi posse sed possessionis tantum.

Nec ab hoc, quam sequimur huius verissimę sententię tramite deuiare nos poterunt rāes, quibus illius fundamenta euertere conat P. Barb. ad l. leg. si aliena 12 n. 102 cum duob. sequent. Etenim licet intendat psuadere donationem elicitam ex dductione rei p prię q. dominus rem ut propriam, vel tamquam alienam, hoc nō ignorante locatore, scienter dduxit, nō fictam sed psumptam donationem ē, et ideo veram; nam quamuis fictio veritatem excludat, psumptio tamen cum veritate concurrit, ut ex pluribus docet Valent. lib. 1 illust. tract. 3. cap. 1. n. 3 et 4 et coent ex hoc inferat D. Bart. ex doctrina ipsius, recte ex hac donatione ad locatorem transire posse, quod ut dicebat Bart. ex uero titulo et ficta traditione dominium transferri ualet D. Ro. inq. leg. 77 ff. de rei uindic. leg. quisquis 28 cod. de donat. negamus tamen psumptam donationem dominij, ut sentiebat P. Barbos. neque fictam donationem dominij, seu proprietatis, ut dicebat coīs opinio in nrā specie colligi posse; contendimus ergo, nullam donationem absolute dominij seu proprietatis in nrā hyppotesi interuenire posse (in quo declinamus etiam à cōi sententia) sed donationem possessionis, cuius fit mentio in leg. 1. §. si uir uxori 4. ff. h. tit. et in leg. uxr 46. ff. de donat. int. ex hac dductione rei p prię facili inferri censemus. quam doctrinam sequentibus rationibus manifeste ueram ostendemus.

In primis nō pōt ex tali dductione psumi, vel fingi donatio dominij, q. si dominus dductor rem locatori donatam vellet, illam ei expsē donaret, facilius nam quam actum donationis, quam dductionis pagere posset, ut patet: omissio igr̄ donationis, donandi animum penitus excludit. Quod vel eo maxime certissimum euincit, et sit 2a rāo, q. si animus dductoris eēt rem suam locatori donare, illius que dominium in eum transferre, donandi voluntatem utique nō explicaret dducendo, nam cum locatio, nō sit habilis titulus ad translationem dominij, ut nō solet 39. ff. locati, ipsamet factum dducendi aperte demonstrat voluntatem transferendi dominium in domino dductore deficere. Quae quidem rāes cessant pfecto respu possessionis, cuius donatio ex actu dducendi facile pōt psumi. l. q. ut valeat dtractus locationis debet saltem ad locatorem transire possessio; deinde q. ex ipso actu dducendi deprehendit manifesta uoluntas donandi possessionem; cum enim sciat dominus dductor se dductorem et simul possessorem ēē nō posse, quoniam dductio et possessio in eodem sub titulo, nō patiuntur leg. si quis ante 10. leg. quibona ide 19. leg. int dn 21. §. ult. ff. h. tit. eo ipso pt. dominus ad dducendum,

animum

animus transferendi possessionem aperte declarat. et denique licet Dni conductoris animus circa translationem dominii et possessionis ambiguus esset, itaut dicerni non posset, utrum dominium, an possessionem voluerit in locatorem transferre, adhuc debebat in hoc dubio interpretari animus ad donationem possessionis, quoniam facilius transfertur possessio, quam dominium: et quia translatio possessionis, quae optime per conductionem fieri potest, per quam dominii translatio numquam celebratur, et ideo in dubio ea est capienda interpretatio, quae rei gerendae aptior, et convenientior sit, l. quoties. 67. ff. de R. I. ubi Jacob. Gotofr. tum tandem hoc ipsum efficaciter persuadent fundamenta, quae in confirmationem loci sec. n. proxime anteced. adducebamus, quae hanc coniecturam verissimam ostendunt, et sine controversia relinquunt, facile quae huc aplicari possunt. si quidem facta conductione rei propriae donatio dominii neque ex animo Dni conductoris, neque ex natura contractus colligi potest, et ex utroque, tamquam ex patrio fonte fluit facile donatio possessionis, donationem dominii sine fundamento praesumere, vel aliquam necessitate fingere incivile est. meae igitur ex conductione rei propriae nullam dominii donationem in nostra specie praesumi, vel fingi posse, sed possessionis donationem tantum intervenire, ad quam Dni conducentis voluntas directo refertur. ex quo facile infertur, quod si dominus, qui conducit, non possideret, inutilis esset locationis contractus, nisi in penes locatorem recideret possessio. l. si ex aquo. 21. ff. de usucap. de qua postea dicemus.

23\.
Exponitur text. in l. quaedam mulier 33. ff. de rei vind. et solvitur difficultas ex eo deducta.

Minorem difficultatem involuit text. in l. quaedam mulier 33. ff. de rei vind. de tamquam inexpugnabile praesidium opinionis suae adducitur a Petro Barb. licet enim in eo, asseret Ulp. ex conductione rei propriae dicenter adeo facta, dominium in locatorem translatum censeri, advertendum tamen est, hanc transactionem dominii non fieri ex aliqua donatione praesumpta, elicita ex conductione, ut ipse credebat, sed ex vera, et expressa donatione, ut satis aperte docet Ulp. ibi: quaedam mulier fundum suum non marito donavit per epistolam. quare stat optime, quod ex vera donatione transeat ad locatorem dominium intercedente scilicet traditione quae ut docent ibi Cujac. in recit. et Ant. Fab. in ration. supplet traditio fictione iuris, tamquam si re vera intercedisset, eoque donatarius possessor rei donatae ipso iure evenisset; deinde, quia ex conductione facta a mulie-re;

liere donatrice colligitur etiam traditio circuitus vitandi causa, sicut
obcandus verus deprehenditur. quod ex retentione ususfructus. l. quisquis
28. C. de donat. l. pen. et fin. C. Theodosiano. eod. tit.
in alijs pluribus casibus, ut dicebamus sup. n. 11. in fin. vel quia mixta
quod ex vero, et expresso donationis titulo, et ex traditione a iure inducta,
transferat in locatorem dominium: quia ex vero titulo, et traditione
ficta, quod optimè potest celebrari translatio dominij, ut docent in nostro
textu Barth. Castrensis, et Cumanus. vel melius, et subtilius longe
asserendum est, transire ad locatorem dominium in dicta l. quaedam. 77. ex vera,
expressa, et valida donatione (quaeque constet de illius validitate
ponitur donatario facta) et simul ex vera, et reali traditione: namque
ut rectè observat Guido Pansirolus lib. 1. thesauri variar. cap. 39.
donatarius, cui fundus proponitur a muliere donatus tempore donationis
factus simul cum muliere in fundo donato existebat, ut ex verbis legis
constat ibi: proponebatur quidem in eo agro, qui donabatur, fuisset cum epistola
emitteret, quae res sufficiebat ad traditam possessionem. l. 1. §. generaliter.
l. quod meo nomine. 18. §. si venditorem. 2. ff. h. tit. iuncto ibi Cujac. in
recitat. epistola enim, cuius ibi fit mentio, cautio, et instrumentum donationis
erat, non vera, et vulgaris epistola, praesente donatario
scripta fuit. ut saepè in iure nostro cautiones factas inter praesentes,
et codicillos ultimarum voluntatum epistolas vocari legimus, quia epistolae
formam habebant, id est, quia ad instar epistolae incipiebant, seu a
causa salutatione initium capiebant: veluti hoc modo; Titio, Sempronio,
vel Domitio, felici, salutem. l. ulta. ff. de inst. act. l. Lucius. 24
l. Publia. 26. l. quintus. 70. ff. depositi. l. emptor. 47. §. 1. l.
epistolam. 52. ff. de pactis. l. ulta. ff. de constit. pecunia. l. Titius.
34. ff. de pign. act. l. 1. C. de remittenda, et habenda stipulatione
quae quidem cautiones epistolae vulgo apelatae non mitti, sed emitti dicebantur,
quia non mittebantur absentibus, ad quos verbum mittere vel mitti refertur

tur

tur, sed int. psentes fiebant, ut ditat aperte ex relatis verbis d. leg. 77. Add. enim mulier donatrix tempore donationis in fundo manere pponeret, et ex hoc facto quomodo possessio tradita diceret, si absenti donatori epistola missa fuisset. et ex txu in leg. filius 24. ff. de solut. pecun. et ex leg. n. epistolis 13 cod. de pbation. cum ergo vera, expsa que donatio, et simul realis traditio interuenisset in d. leg. quadam 77, debuit 2m. notissima iuris pria rei dominium in locatorem donatarium transferri. Sed enim v. oia, que p expositione huius 2i. casus hucusque diximus pcedunt q. quis rem suam ut ppriam vel tamqm alienam conduxit, qd autem obseruet cum dominus rem suam simplicit. in conductionem accepit. in quo articulo attendendum e inutilem ee locationem et conductionem q. in dubio respu ppriet atis psumit. facta locatio: ppterea inutilis, ut patet ex nro txu, et ex leg. qui rem 20 cod. de locato cum alijs supra relatis: itaque ex hac locatione dominium ad locatorem n. transiuit docent P. Barb. ad dict. leg. si alienam 12 alios referens n. 105. in fin. et 106. in principio.

24
... ponit et exponit alt. casus.

Sed iam se exponendum offert alt. casus, utrum scilicet dominus, qui rem suam sciens ab alio conducit illius saltem possessionem amitat. ad cuius explicationem hec babit distinguendu ss (q. crastine iam ss ferie) aut enim dominus sui dominij conscius rem suam simplicit., aut tamqm alienam, velut ppriam in conductionem accepit, et in hoc ultimo articulo, aut respu ppriet atis, vel in tuitu possessionis conduxit. Si dominus rem suam simplicit in conductionem accepit glosa in nro txu v. verb. quasi in fine com. fere recepta docet possessionem amitti; q. dominus conducendo demonstrat se nolle possidere, sed detinere tantum leg. si quis ante 10. leg. qui bona fide 19 leg. int. dum 21. § ult. ff. h. tit. et solus animus pdendi possessionis illius amissionem inducit leg. si quis uis 17 § differ ff. h. tit. ex aduerso possessionem in hoc casu amitti n. posse contendunt Bart. in nro txu n. 6. Rafael cuman. n. 5. et alij relati a P. Barb. ad d. leg. si alienam 12 n. 106. q. uidelicet ex inutili contractu, qualis e in psenti locatio leg. ad pbationem 23. cod. de locato nequit dici amissa possessio arguo txt in cap. n. pstat impedimentum de reg. iur. in 6. ipse tamen P. Barb. n. 107. utramque opinionem ita conciliat: inquit enim distinguendum ee circa modum locationis celebratae; si enim dominus dixit expresse se conducere rone ppriet atis, et possessionis, cum eque principalit. veniat in conductionem possessio arguo txt in leg. 1. et 2 ff. de peculio legat. pt. secdi. opinio

glosę ~~et antique~~ amittet possessio; quoniam in hoc casu illius amittendę animus manifeste adest leg. qd meo nomine 18 §. 1. ff. h. tit. sin vero simpliciter fiat conductio, quæ tunc proprietatis respectu celebrata intelligitur, vera est Bart. sentencia, et possessio non amittitur, cum illius amittendę animus nullus appareat. Huic sentencię libenter subscribimus, adiicientes tamen ad maiorem explanationem, quod etiam quando simpliciter celebratur conductio potest induci amissio possessionis, si dominum conductorem eam dimittere voluisse constet d. leg. qd meo nomine 18 §. 1. licet enim non solum amitti possessio, nisi quęratur illi, cui dominus acquisitam voluit leg. si me in vacuam 34 leg. qui absenti 38 in princ. et in §. 1. ff. h. tit. hoc tamen certissimum est, quando animus amittendę possessionis fuit conditionalis, vel destratus ad validitatem alicuius actus, non vero cum simplex, purus et perfectus est d. leg. qd meo nomine §. 1. ut dicebamus supra n. 5. et 6. Docent Ant. Gomez ad leg. 45. taurin. n. 24 P. Barb. ubi nunc n. 108. et Cuiac. ubi nunc ad predicta iura. Idem profecto asserendi debet, quando res propria tanquam aliena conducit; nam que etiam in isto casu non inducitur iactura possessionis ex solo actu conducendi ut docet Tertyllian. nostri ibi: et utrum quasi non meam rem conducam, an quasi meam: sic communiter ab omnibus intellectu, nisi constet aperte, dominum conductorem possessionem pure et simpliciter amittere voluisse d. leg. qd meo nomine 18 §. 1.

25 Prosequitur explicatio predicti casus et reiicitur contraria Alciat. sentencia.

Sin autem dominus rem suam ut propriam sciens conduxerit, quamvis dominium amitti non possit, ut late supra fundabamus, inducit tamen amissio possessionis communiter veriorem, et magis receptam opinionem, quam amplexantur Paul. Castren. ad nostrum textum n. 3. Alexan. n. 22 Ripa n. 29 in d. ~~~~ dist. 57 in fine, cui adhęret Petr. Barb. ad d. leg. si alienam 12 n. 109. Plane cum quis rem suam tanquam propriam conducit, habet animum dimittendę possessionis. Cum enim alia potest esse voluntas domini rem suam ut propriam scienter conducentis, nisi amittendę possessionis, ne aliter frustra laborasse videatur? nec quis aliamente, rem, quam conducit titulo rei proprię inscripsisse credi potest, nisi, ut possessionem amittendo, aliquid operetur? amittit ergo possessio ratione paius animi, qui ad illius amissionem sufficiens est leg. si quis vi 17 §. differentia ff. h. tit. Probat hanc sentenciam expresse Tertyllian. in nostro textu: docet enim, constituendam esse differentiam, utrum aliquis rem suam, ut propriam, an tanquam alienam conduxerit, ibi: multum refert, an quasi non meam, rem conducam, an quasi meam; ita ut in hoc casu, ~~ne~~ neque dominium, nec possessio amittatur, quia respectu proprietatis censetur facta locatio in illo autem possessio saltem amittatur, quoniam ratione illius videtur locatio celebrata: quem sic communiter ex Sauriant interpretes, quos sentit P. Barb. ubi supra n. 110; nec offendit contraria Alciati sentencia in nostro textu n. 8. asserentis possessionem in hoc specie ex inutili contractu, qualis est locatio ex defectu translationis dominij amitti non posse.

Neque

Namque omissa tertia solutione domini Petri Barb. n. 109. in fin. affirmantis, dominium quoque amitti, et in locatorem transferri, quae doctrina quam sit falsa ostendimus; verum certum est, quod ipse dominus Barb. ibidem refert, validam esse locationem rei possessionis: quare recte illius amissio ex utili locatione inferri potest. Et longe melius dicendum est, validitatem locationis non desiderari ad amissionem possessionis, tametsi ad illius translationem sit necessaria, quia ex inutili locatione virtute solius animi amitti valet possessio l. 3. §. si vir uxori. 4. ff. h. tit. unde potest solus animus domini rem suam ut propriam conducentis possessionis iacturam operari non habito respectu ad locationis valorem, qui utique necessarius non est ad amittendam possessionem.

26.

Opponitur Versiculus ultimus nostri textus, et exponitur.

Sed hec implacabiliter obstat ultimus versiculus nostri textus ibi: Et sciens me gerere, utique quasi proprietatis rei, amittere possessionem. In quo Tertullianus noster dat causam expositionis necessario requirit ad amissionem possessionis, quod specialiter rei illius celebretur locatio. ex quo satis aperte videtur inferri, non sufficere rem suam simpliciter ut suam conducere, ut amittatur possessio, sed necessarium esse, quod rei possessionis, specialiter celebretur locatio; huic tamen ingenti difficultati, omissa solutione Stripe ad nostrum textum n. 44. ad fin. quam ut divinatoriam merito contemnit dominus Barb. ad l. si alienam 42. n. 111, respondet ibidem ipse dominus Barb. versiculum ultimum nostri textus nec allatum suppleri debere; ita ut, etiam ratione possessionis intelligatur facta locatio, quamvis hoc expressum non sit, quando ex verisimili mente conducentis colligi potest argumento textus in l. Cum Imperator. 34. ff. de leg. 2. itaque deducitur, credi celebratam locationem ratione possessionis non solum quando specialiter rei illius facta est, sed etiam res propria simpliciter ut talis conducitur; quia si in illo casu adest expressa voluntas amittendae possessionis, in hoc utique versatur animus satis apertus elicitus ex modo conducendi, qui ad amissionem possessionis abunde sufficit. ceterum licet hec interpretatio penitus contemnenda non sit, ei tamen accessere, nec sibi animus, nec litera nostri textus permittit: quoniam nullus alius est inter versiculum penultimum et ultimum nostri textus differentia constitui circa valorem locationis, et amissionem, translationem que possessionis, nisi quod in versiculo ultimo expositus

ani:

animus amittendi possessionem illius amissionem, et transactionem inducit et quarta locationi conservat, cum haec omnia declarata voluntas in versiculo dicti operetur; inter quos longe adesse discrimen proposita per Cyllani distinctio, mihi facile persuadet. Credebam itaque, utrumque versiculum in hoc differre quod in penultimo agitur dumtaxat de amissione possessionis, in finali de amissione et translatione simul: interque concipere distinctio, quippe ad amittendam possessionem solus animus sine titulo sufficiens est, ut nuper probabamus ex l. 1. §. si vir uxori. 4. ff. h. tit. ad translationem autem propter animum titulus quoque desideratur. l. si me in vacuum 34. l. qui absenti. 38. in princ. et in §. 1. ff. h. tit. de quo late sup. n. 5. et 6. licet enim qualibet voluntas non possidendi, nos statim possessores destituat, neque tamen alios simul possessores efficere, nisi interveniat aliquis titulus ex potestate cuius fieri valeat possessionis translatio. Quoniam et cum quis rem suam simpliciter ut propriam conducit, animus amittendi possessionem illius amissionem inducat, eius tamen translationem neque operari, ad quam necessario requiritur, ut specialiter celebretur locatio dicta possessionis, utque specialis mentio possessionis illius deserbet, et sic adsit titulus habilis, mediante quo transitus possessionis celebrari valeat.

[27.] Quoniam ergo res propria simpliciter et talis conducitur, tamen sit ex animo domini conductoris amittatur possessio, illius tamen transactio [illegible] neque inducit: quippe inutilis censetur esse locatio, tanquam principaliter facta de dominio: et quod legis similiter verum esset, ea ad possessionem rei conductae penes locatorem rece dicet: quoniam depositio rei propriae, pro quo celebrata creditur locatio, illius validitati resistit, et locus [illegible] sic intelligendus in l. ei a quo. 21. ff. de usucap. de cuius vera expositione consulendus est Dominus Barb. ad d. l. si alienam. 12. ex n. 143. et Cujac. lib. 7. quaest. Africani, ad l. si de eo. 40. §. ultimo. ff. h. tit. si vero res propria rave possessionis specialiter animo induci tione accipiatur, amittitur, et similiter transfertur possessio, mediante dicta locatione, quae ipso rei potest de re aliena celebratur validus est.

Praeter explicatio dificilis, est remissio ex ponenti aliqua jura.

[illegible]

est, sicut possessio locatarii sit, sicut ipsi consent conductoris leg. cum et sorti 35 §. ult. leg. si pignus 37 ff. de pignorat. action. Barbos. d. numero 111.

Sicut pariter valet precarium rei alienae possessionis, vel proprie siue possessio illius specialiter celebretur leg. certe 6. §. ult. ff. de precario quamvis usucapio rei proprie inhabile sit leg. in rebus 4. §. item si rem 3. ff. eodem leg. neque pignus 45 ff. de reg. iur. item emptio et venditio leg. si in emptionem 34. §. rei suae § ff. de contrah. empt. tametsi rei proprie emptio reprobata sit leg. suae rei 16 ff. eodem d. leg. neque pignus 45. Nec officit textus in leg. debitor 40. in principio et in §. 1. ff. de pignorat. action. in quo ideo inutiliter cadit emptio rei proprie, cuius vera possessio penes venditorem remanebat, quia nil de possessione vendenda specialiter dictum fuit. Unde credit facta venditio respectu proprietatis, quae tamen itaque in radice vitiosa fuisse videtur leg. si a quo &c. docent Arias de Mesa lib. 1. variar. cap. 33. n. 11. Cuiac. lib. 3 respons. Papin. in d. leg. debitor 40. Anton. Fab. in rati. ad dict. leg. si in emptionem 34. §. rei suae § et Iacob. Gothofr. in d. leg. neque pignus 45. cum exempla adducit Tertyllian. in calce textus ad comprobandam validitatem conductionis rei propriae in ratione possessionis specialiter celebratam. Eam igitur elegans differentia inter utramque versiculum, quod si quis rem suam simpliciter et suam conducit ex hac conductione duntaxat inducitur amissio possessionis; cum autem rem propria respectu possessionis specialiter in conductionem accipit, amittit, simul quae transfert possessio, et utiliter locationis contractus.

28. exponit ultimum casum.

Succedit iam proponendus ultimus casus, utrum scilicet possessio a domino conductore amissa, locatarii quaeratur. Ad cuius expositionem brevissimo calamo (quia ferialis tempus ab exercitio cessare cogit) observandum est, quod aut validiter locatio, vel inutiliter celebrata fuit. In illa specie possessio a conductore amissa locatarii quaeritur virtute locationis in eum translata, in hac vero possessio amissa ad locatorem non transit. Siquidem si dominus rem suam rationae possessionis specialiter conduxerit, vel respectu proprietatis et possessionis simul, eoque principaliter in locatorem transfert possessio. Sin autem rem simpliciter aut ut propriam, vel tamquam alienam conduxerit, possessio locatori non acquirit, quod tamen certissimum est.

habito

habito respectu ad locationem; alia autem ratione poterit quidem locator possessionem acquirere: vel sui animo illius retinendae, qui prout dicebamus supra n. 6. animus continuandi possessionem, notabiliter illius acquisitionem inducit docet l. Barbos. ad d. leg. si alienam 12 n. 112 apud quem videri possunt alia, quod huius nostri textus elucidationem spectant, quae iam vela colligimus.

Cedant in laudem et gloriam omnipotentis Dei.

[illegible]

<<

Academicus Tractatus ad titulum ff. De Acquirenda vel amittenda Posessione.

De D.n Antonio de Arguelles.

Merito Augustae huius Salmanticae Matris Academiae veneranda lex, titulum de acquirenda posessione, vespertinis Caesarei Iuris Antecessoribus 1.o anno elucidandum praescribit. cum enim Dominia rerum a naturali possessione coepisse ex Nerva filio doceat Paulus in l. 1. § 1. ff. h. nostro tit. maximaque Iuris nostri pars circa modos acquirendi Dominii versetur, testante Vlpiano in l. ult. ff. de legib. eos, quibus praecipuus docendi munus incumbit ab ipsius tractatione posessionis exordium capere Iuris Conditorum votis, et meliori longe docendi rationi apperte videtur consentaneum. in hac ergo satiua Provincia Magni Imperii Iurisque nostri Iustitia desideria vestra (nobilissimi, et charissimi Auditores) hoc semestri pro ingenii facultate felicia reddere conabor, aliqua selectiora ex Interpretum meliori notae, et praeclarissimorum Antecessorum limpidissimo fonte hausta praestabo. ea tamen cura et labore nostro conflata, ut quasi nova in unum coalescant, et novam quodammodo speciem efficiant. non nulla minus vulgari modo componam. et in nimis diffusis huius operis terminis tramites ab Illustrissimis Antecessoribus non dum calcatos parabo. non ut eos carpam, qui haec non tentaverunt, quoniam et insignia nobis commentaria reliquerunt, et unusquisque sui genii ducit studiis; sed ut hoc opus semitas nondum notas apperiens Iucunditati vestrae, et utilitati magis deserviat, valete, et ultra fatta vivete.

Caput 1.um

De Ethymologia, significatione, et definitione Posessionis.

Ad Rubricam.

Radix duplex ethymologia possessionis

Iurisconsulti nostri Stoycorum Doctrinam sectantes, a quibus imbuti fuer.

fuerunt, in pertractandis rebus prius de cognitione nominum, quam de rei substantia maiorem diligentiam quaesierunt, hoc tanquam necessarium fere putantes, ut constant ex leg. 1. in princ. ff. de iust. et iur. leg. 1. in princ. leg. 2. §. appellata 2. ff. de rebus cred. leg. donatio 35. §. 1. ff. de mortis causa donat. princ. inst. de testament. leg. 1. ff. de furtis. cum pluribus aliis. observat Cujac. in recitatione ad leg. 1. ff. de iust. et iur. et lib. 11. observ. cap. 37. et lib. 26. cap. ult. Barladorus lib. 1. rerum quotid. cap. 14. Meritus lib. 1. obs. cap. 10. Aulus Gellius lib. 13. noctium atticarum cap. 10. quare que in eorum verba veramque alii horum praeceptis sine reprehensione deliare non valemus. Ideo in tractatione possessionis Antistius Labeo scholae Proculeianorum Princeps, et aliique hunc imitantes ab ipsius possessionis, Etymologia exordium facimus. inquiunt quod ipsi in d. leg. 1. in princ. ff. h. tit. possessio a pedibus dicta est, ut habet vulgaris et Haloandri lectio: id est sit posessio, ac positio: quia naturaliter tenetur, quod ei insistit et pedibus incumbit. quam vulgarem lectionem praeter Accursium, Bartholum, et alios antiquiores in d. leg. 1. defendunt Conanus lib. 3. com. cap. 8. n. 1. Osvald. lib. 5. ad Donel. cap. 6. lit. A. Petrus Greg. lib. 1. syntag. cap. 13. n. 7. Gothofr. lib. 54. Pauli ad edict. in d. leg. 1. Ant. Gomez ad leg. 45. tauri n. 18. et alii relati a Valenc. lib. 1. Illustr. tract. 2. cap. 1. n. 1. quibus addendi sunt Molina de iust. et iur. disp. 22. Scipio Gentilis lib. singulari originum verbo possessio fol. 349. Contius lib. 1. disp. cap. 10. verum de praesc. cap. 33. n. 1. D. Hyeronimus de Oroz lib. 4. de apicibus iuris cap. 1. n. 1. quia quod Florentina vero lectio, possessio in d. leg. 1. a sedibus appellatur, quasi sedis positio; florentinam lectionem, ut meliorem longe, et veriorem tuentur Cujac. et Duaren. ad d. leg. 1. Contius lib. 1. cap. 9. Bellonus lib. 4. supputationum cap. 15. Donel. d. lib. 5. com. cap. 6. Vigl. in §. 1. inst. de testament. n. 10. Vaconius lib. 2. declarationum cap. 32. Gotofred. in d. leg. 1. lit. B. et alii plures relati a Valenc. et Oroz ubi nuper.

2\. Vere ostendi P[rimam] etymologiam

Utraque Etymologia ratione, et autoritate extabat munita, recte enim possessio cum vulgata lectione a pedibus nuncupatur in d. leg. 1. quasi pedum positio: quoniam frequenter contingit, ut possessio a pedibus initium capiat. Et lane quod alicuius fundi possessionem adipisci desiderat, necesse fere est ingrediatur ei quod naturaliter insistit ut ex Antistio Labeone censet Paulus in nostra leg. 1. id est vere, non ficte, et pro fundo fundo pedibus incumbit (sic enim verbum naturaliter in nostra iure accipitur, ut post Othom. et Brissonius de V. S. verbo naturaliter docent S. C. ita intelligendi in leg. Poenam 49. ff. de solution. leg. in causae 16. §. idem Pomp. 4. ff. de minor. leg. si quis in gravi 3. §. apertas 19. et §. seque tabulas 23. ff. ad Sylanianum.) deinde omnes illius possessionis fines circumambulare licet ut aiebat Paulus in leg. possideri 3 §. 1. ff. h. tit. et eius finibus pedes imponere, ut dicit Celsus in leg. quod meo nomine 18. §. 1. si venditor 2. ff. h. tit. unde pedes ponere pro possidere scribit Cicero Philippica 3. hodierno die tyrannus tres Veripsit longo intervallo in possessionem libertatis pedes ponimus. et constat ex Deutheron. cap. 11. Iosue cap. 1. omnis locus quem calcaverit pes vester erit. huius rationis, et autoritatis ponderare moti nostri Septem partitarum iuris conditores, possessionem pedum positionem intellexerunt, leg. in leg. 1. tit. 30. part. 3. Patrio sermone dixerunt. posesion tanto quiere decir, como posimiento de pies.

3\. Vera quoque ostendi 2ª etymologia

Optime etiam possessio a sedibus nuncupatur, quasi sedium positio, quia possidere idem significat, ac posse sedere leg. possideri 3. §. ex divo 5. in fin. ff. h. tit. Cap. gentiles 9. dist. 1. cap. dilecto 23. extra de praeb. et dign. unde stylo I. C. multorum loca leguntur, quae domicilium, et possessiones quae habent sedes appellantur. leg. si is senatus 28. §. ult. ff. de statu liber. leg. in leg. censoria 203. ff. de V. S. et ideo sepulchra, quae sunt defunctorum perpetuae mansiones, et possessiones, aeternae sedes dicuntur in leg. si quis 40. ff. de relig. et sumpt. funer. et novella Valentiniani de sepulturis. iam enim olim aliquo retro tempore cives multorum, qui regiones mixtim sibi elligebant, sedes ponere dicebant, ut constat ex illo Virgilii lib. 1. Eneidos: hic illi urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum. et ex Ovid. lib. 1. de tristibus elegia 1. quam petant sedes, hospes in urbe liber. et lib. 4. elegia 1. hic ego solutus iaceo novus in sedibus. et ex Cicerone pro Cluentio. Celeratorum sedes atque regio. observat Savaro ad Sidonium lib. 2. epist. 8. Densthergus ad Rosinum lib. 3. cap. ult. Gutterus de veteri iure Pontif. cap. 9. cum sequentibus. Petrus Greg. lib. 1. syntag. cap. 13. n. 10. Illustrissimus Ramos, in d. academ.

tit. cap. 1. n. 10. et insignis alius Antecessor D. D.r D. Ant. de Antillon, et Salcedo, Regius in Pinciana Criminalis senator electus, quem excelsiora dignitatum culmina cito, pro meritis euehendus in hoc eodem tract. cap. 1. n. 34. cum seqq.

Ex quibus liquido satis apparet, utramque notationem, ubi possessio

4 admitti posse. quare utraque defendenda est: quoniam a Prudentibus simul tradita extat

Vtraque etymologia defenditur

ut constat ex d. l. possideri. 3. §. ex contrario. 5. ubi ad probandum, duos in solidum eandem rem simul possidere non posse, argumentum ab utraque possessionis notatione, ex dicto Labeonis deficit Paulus, illius quam ratione reddit his verbis: non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quam ut tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris. nec officit, utramque notationem, veram esse non posse, quia unica dumtaxat uti solent Jurisconsulti. l. 1. ff. de Iust. et Iur. l. 1. §. 1. ff. de pactis. l. 2. §. appellata 2. ff. de reb. cred. l. 1. in fin. princ. ff. de nouation. §. 1. inst. de testam. etenim nec nouum, nec inusitatum nostris Jurisconsultis est, plures, stoicorum more, nominibus notationes, siue alusiones tribuere, ut obseruant Cujac. lib. 11. obs. cap. 37. et lib. 26. cap. ult. Carlad. lib. 1. rer. quotid. cap. 14. Merillius lib. 1. obs. cap. 10. et constant ex l. 1. ff. de testam. milit. l. dignum. 3. ff. de digno in facto. l. 1. ff. de furtis. l. cui praecipua. 57. ff. de V. S. Docent Valenc. de lib. 1. tract. 3. cap. 1. n. 6. Vaz de lib. 4. cap. 1. n. 3. et duo antecessores nuper relati, de cap. 1. n. ult. haec tamen notatio, seu allusio nominis possessio cum intrinsece, ut facit definitio, illius naturam non explicet et ab eo, quod frequentius fieri solet desumpta sit, alios acquirendae possessionis modos non excludit. itaque et oculorum aspectu, clauium traditione et aliis factis possessio acquiri potest, l. quod meo nomine. 18. §. si venditorem. 2. l. inter dum. 21. l. quarundam. 51. ff. h. tit. l. clauibus. 74. ff. de contrah. empt. quare res mobiles, licet illius notatio possessionis non conueniat, recte possideri posse, contra Accurs. defendit Valenc. ubi proxime. n. 9. cum seqq. et iam de Ethymologia satis. quoniam haec, et abunde ab Antecessoribus profligata, et uelle tria sit, quam ut maiorem mereantur indaginem.

5 De possessionis Ethymologia ad eius significationes demonstrandas, et exponendas transeamus. Vbi possessio. Equivoce, multiplices significationes habere, apud omnes in confesso est; aliquando enim accipitur pro ipsa re, et corpore possesso:

possessio accipitur pro re possessa

in qua significatione a J.C. usurpatur in plurimis Iuribus ita intelligendis. l. Aemilius. 38. ff. de minor. l. Imperatores. 17. ff. de seruitut. rust. praed. l. Titia. 87. §. ult. ff. de legat. 2. l. uxorem. 41. §. legauerat 6. l. praediis. 31. §. titio. 2. ff. de legat. 3. l. 1. §. et si quis. 14. ff. si quid in fraud. patroni l. ult. §. patrimoniorum. 21. et §. praedicta. 25. ff. de muner. et honor. l. possessiones. 2. C. de probationibus. l. possessionem. 3. C. de igs. ignorant. verum minoris esse a Pontificibus, in cap. ex literis. 2. extra de consuetudine, cap. cum ad sedem. 15. de restit. spol. cap. possessiones. 61. 16. q. 1. a sacra pagina Mathei. cap. 19. ibi: erat enim habens multas possessiones. et Genesis. cap. 13. Abraham in possessione Auri, et argenti diues erat valde. ab authoribus purae latinitatis, ut constat ex Cicer. in Paradox; ubi sic ait: prata, et areas magno Estimant, quod ei generi possessionum nemo nocere possit. et in Catilina, qui magno aere alieno maiores etiam possessiones habent. et philippica 5. hic pecuniam vero estimat, possessiones nobat urbanas, et rusticas. et tandem a nostris legibus partitis Iuris conditoribus in l. 10. tit. 33. part. 7. ibi: Como si alguno dixere en su testamento mando a fulano todas mis possesiones. docent et illustrant post Brissonium, et alios de verborum Iuris, verbo possessio. Laurentius Valla. lib. 6. 41. Petrus Greg. lib. 1. syntagm. cap. 18. n. 2. et 3. Conanus lib. 3. com. cap. 8. n. 1. Alciatus, et Rebuffus in l. qui intrauit. 78. de V. S. Madera

lib.

lib. singulari animadu. Iur. cap. 26 n. 4. Amaya. lib. 1. obs. cap. 15. n. 5. Pro fab. ad l. n. ut ex pluribus. 159. ff. de v. s. et Vers Rich. alios referens in §. sic et q. diversis. 14. inst. de action. n. 89. et prio inst. de inst. dictis art. 1. et ex n. 18. ad 11.

Haec in possessionis acceptio ad res in mobiles, proprie refert

Ex tradita distinctione faciliter et rectissime quidem intelligenda, et conciliandaque sunt proxime adducta jura, licet si quae sint alia, quae quis noviter ostendat Bacovius disp. 21. thesi. 4. litt. F. ut cum Judicio docent Duaren. ad d. lege possideri. 3. § ex contrario. 5. et ibi Gifanius n. 5. et ad tit. ff. de precario. cap. 3. Cujac. in supra relatis juribus et lib. 9. obs. cap. 33. Valenz. lib. 1. tract. 2. cap. 3. n. ult. Voet lib. 4. cap. 3. n. 3. et 7. Gillermus Matius. lib. 4. singul. opinion. cap. 1. n. 8. Galvanus de ususfr. cap. 38. n. 7. et P. Netes alios referens. lib. 1. opusc. cap. 13. n. 1. quibus subscribunt omnes Antecessores, qui obiter hic attigerunt, et celeri oculo salutarunt. ratio autem differentiae emanat, quod nemo in dubijs creditur velle possessionem abjicere, nisi quando id exigit natura actus, qui geritur; ut contingit in pignore. unde cum ad essentiam rei precariae non sit necessaria possessio, recte infertur, quod in precario regulari stricta possessio non transferatur; quare rejiciendus venit Duarenus qui ad d. lege si quis ante. 10. ff. h. tit. asserat, facta concessione precarij, quando sit exploratum, an fiat rei solius usus, vel intuitu possessionis, possessionem in dubio translatam censeri; quam doctrinam, et natura precarij, et concedentis voluntas aperte falsam evincunt; nisi delata possessio eam intelligamus; quo sensu admitti recte posse censemus. secus vero quando hoc inter contrahentes actum est, ut possessionis celebraretur precarium, tunc quippe cum precario concedens expresse habeat animum amittendi et abjiciendi possessionem, precario rogans vere, et stricte, et civiliter sibi possidet. licet enim titulus precarij quaestionis temporarius sit, et revocatione concedentis expiret. lege 1. in princ. ff. de precario. Duaren. ad eum tit. cap. 1. et 3. tamen cum possessio perpetuam causam non exigat, sed praesentem animum sibi habendi dumtaxat requirat, sufficit, ut concedens temporariam possessionem valeat transferre, et quod rogans possit illam acquirere. proprie igitur, et stricte, et civiliter rogans sibi possidet. nec ad mihi probat sententia Cujac. de lib. 9. obs. cap. 33. et ad d. lege possideri. 3. d. § ex contrario. 5. asserentis, precario rogantem naturaliter solum, non autem civiliter possidere; quae quidem et supra relatis juribus manifeste repugnat, et in solidissima juris prin

cipia.

ex tradita distinctione investigari plurima iura

cipia impingit aperte: cum enim ex parte concedentis adsit expressa voluntas amittendi
contrariis ferendae possessionis, simulque ex parte rogantis evidens illius acquirendae interveniat
animus; concurrunt, me hercle, omnia requisita varia ad acquisitionem verae, et strictae, civilis
que possessionis: quae si in hoc casu acquiri non posset, in nullo profecto acquiri valeret.

3 Itaque is, qui precario expresse rogavit, ut sibi possidere liceret
verus, strictus, et civilis possessor constituitur, quoniam possessio palam rogata, et concessa fuit;
circa quam precariae possessionis causa celebrari dicitur, in leg. certe. 6. §. ult. ff. de precario. et
appellatur precaria possessio. in leg. precario. 9. ff. de ff. h. tit. et apud Iurisconsultum Paulum
lib. 5. sent. tit. 6. de interdictis. §. precario. possidere. 11. Cuius doctrinae veritas prop-
ter adductam rationem ex sequentibus quoque efficaciter persuadetur: quia cum precarius possessor rogans
in iuribus supra relatis pleno ore dicatur possidere, hinc legitime infertur, illum stricte
civiliter possidere, cum enim analogum stet pro famosiori possessio absolute prolata
stricta, et civili possessione quae pro primaria, et perfectiori debet usurpari. Unde hoc ipsum
noscitur, et comprobatur ab effectu precarii, qui enim possidet precario, utitur interdicto unde vi,
uti possidetis. Paulus lib. 5. sent. de tit. 6. de interdictis. §. qui vi. aut clam. 7. leg. 1. §.
ff. uti possidetis. leg. qui precario. 17. ff. de precario. quae quidem interdicta competunt his, qui
possident, vel possidebant. leg. 1. C. unde vi. leg. 1. §. hoc interdictum. 3. §. quod servus. 22.
dictum. 23. et §. qui a me. 30. ff. de vi, et vi arm. leg. unica. C. uti possidetis. leg. 1. §. 1. e
et §. est interdictum. 4. leg. si duo. 3. §. Creditores. 8. ff. eod. tit. leg. officium. 9. ff. de rei vind. Cuiac.
in comm. ad predictos tit. C. und. vi. et uti possidetis. Duaren. in comm. ff. ad eosd. tit.
in methodica expositione ad tit. in leg. diuus ante. 10. ff. h. tit. et lib. 1. disp. cap. 20. et 22.
Ant. Perez. in praelect. ad tit. C. unde vi. n. 5. et ad tit. C. uti possidetis. n. 3. Gifan.
ad tit. C. unde vi. §. 7a distinct. et sequenti. et ad leg. 1. eod. tit. §. occurrunt duae quaestiones
Vuesembec. in paratitl. ad tit. ff. de vi et vi arm. n. 11. et ad tit. uti possidetis. n.
Galvan. de usufr. cap. 33. n. 7. Donel. lib. 15. comm. cap. 31. ubi Osuald. lit. C. et
32. ubi Osuald. lit. B. Ne ex hac doctrina aliquis emergat scrupulus circa
interdictum unde vi, breviter observo; interdictum unde vi duplex esse, aliud quotidianum, de
vi privata, alterum vero publicum, sive de vi armata; quod denotat expresse inscriptio
tituli ff. de vi, et vi arm. in quo ideo duplicis vis fit mentio, et deinde interpretes
differentias, quae inter utrumque adsunt interdictum, quas percurrunt relati interpretes, unam
quarum quidem illam esse, quod interdictum quotidianum ei tantum accommodatur, qui sibi possidet; publicum
interdictum de vi armata ratione atrocioris delicti simplici quoque detentatori tribuitur,
ut Colono, vide iecto, conductori, depositario, aut Creditori missio in possessione rei
de causa, qui certe sibi non possident; quae quidem differentia constat aperte ex eleganti Cicerone
pro Caecina, ibi: in illo interdicto quotidiano, unde ille me vi deiecit additur cum ego
possiderem; in hoc autem interdicto de hominibus armatis non additur, si oportet quaeri, possi-
deret,
necne. Ex quo docuerunt Cuiac. in comm. ad tit. C. unde vi. Donell. de lib. 15. comm.
31. et ibi Osuald. lit. B. Gifan. ad d. leg. 1. C. unde vi. §. occurrunt duae quaestiones.
quibus licet obscura quaedam extant vestigia. in leg. 1. §. qui a me. 30. et in leg. si. 14. ff. de vi
et vi arm. ut recte observat Gifan. ubi proxime. quare predictam doctrinam
interdictum unde vi quotidianum, seu de vi privata restringendam esse putamus
nisi illum esse pro certo homo.

4 Patet ergo ex dictis, cum, qui precibus impetravit, ut
possidere liceret, atque precariam possessionem accepit, stricte, et civiliter sibi possidere.
haec doctrina, et veritate, autoritateque, et ratione satis confirmata, etenim non leviter oppugnatur
quod cum precarium simile, valdeque affine sit commodato, cum quo in utroque ita excepti

precariam possessionem rogans stricte et civiliter sibi possidet.

impugnatur nostra doctrina a paritate commodati

tis liberalitas exercetur, ut non fiat res accipientis: et etiam quia commoditas usus rei ex parte acci pientis in utroque pariter versatur. l. 1. §. ult. ff. de precario. unde dixit Salvianus lib. 10. ad Ecclesiam: commodatis a Deo facultatibus utimur, et quasi precarij possessores sumus; quemadmodum commodatario stricta civilis possessio denegatur. ita et precario rogan ti de necessitate magna utriusque contractus necessitudo, facile persuadere videtur: quinimo maxime quoniam plus iuris habet commodatarius, quam qui precario rogavit; ab illo namque ante expletum usum res avelli non potest. l. in commodato. 17. §. sicut. 3. ff. commodati. ab hoc autem illico, non obstante pacto, res avocari valet. l. cum precario. 12. ff. de precario. et quia ad usum rei precarij, ut n. 2. dicebamus, non est necessaria possessio. dictum statum agnovit Duarenus in methodica expositione ad tit. in l. sequ. ante. 10. ff. h. tit. quod non recte ab eius nodis se ex pediuit: inquit enim. ex natura precarij et commodati hoc discrimen procedere; istud namque genus, quod precarij appellatur, fuit institutum, et comparatum, ut possint res dandi ... possideri quamdiu domini voluerint. Cum non solum nobis utile sit habere facultatem utendi aliqua re, sed interdum expediat res aliquas commodatas etiam possidere, propter hanc utilitatem in usum venit, et fuit introductum, ut in precario possessio transferretur. quae utilitatis ratio cum in commodato non habeat locum, quoniam idem praestat in illo usus, ac possessio, inde natura utriusque contractus exigente, effectum est, ut in precario possessio transferatur, in commodato vero usus dumtaxat. haec tamen responsio Duareni inexplicatum dubium relinquit, quia nil aliud probet, quam id ipsum, quod quaerimus; inquirimus enim, cur ex natura precarij possit ad precario rogantem tran sire possessio, cum ex natura commodati usus tantum in commodatarium transferatur. et perfecto hoc idem dicit ... nobis praestat.

5. Quare reiecta hac Duareni sententia. vera propositae difficultatis re solutio dependet ex cognitione finis, ad quem utrumque contractus tribuitur; itaque precarium eo sem per modo celebratur, ut res concessa indefinite tradatur, id est, neque ad certum tempus, neque ad usum determinatum; quapropter ex arbitrio concedentis revocari potest. l. 1. in princ. l. ait Praetor. 2. §. et naturalis. 2. ff. de precario. Quamvis in constituendo contractu convenerit, ut liceat pre cario roganti res usque ad determinatum tempus possidere. l. cum precario. 12. ff. de preca rio: quae libera revocandi facultas profecto extorsit, ut in precario dolus tantum, et lata culpa praestetur. tex. sic intelligendus in l. quaesitum. 8. §. eum quoque. 3. ff. de precario. licet commo ditas accipientis omnem culpam in eo venire persuadeat, sicut in commodato. arg. tex. in l. contractus. 23. ff. de R. I. obiter in habitatione precarij consistere non creditur, quod certus sit illius usus, et propria natura definitus. tex. in l. et habet. 15. §. hospites. 1. sic intelligendus. ff. de precario. Unde cum usus precarij, ut potest indefinitus, possit esse longissimus, ut praeclari dixerunt Imperatores, Va lens, et Valentinianus in l. male agitur. 2. C. de praescript. 30. vel 40. ann. et quodammodo perpetuus appareat; indeterminatio haec, temporisque diuturnitas faciunt, et natura exigunt, ut civilis stricta possessio valeat in accipientem transferri: ad hoc scilicet, ut non solum possit libere uti, et frui, sed ipsam etiam corporalem possessionem retinere, tamquam sibi (si domino placuerit) in perpetuum concessam ad similitudinem rei emphyteuticae, quae ratione perpetui, vel saltem diuturni temporis stricte, et civiliter ab emphyteuta possidetur, quod illius concessio perpetuam, aut saltem longissimam causam habeat, ut late fundat Salvian. de usuf. cap. 33. n. 7. post principium. in hoc autem differunt quoad hoc genus precarij, et emphyteusis, quod hic natura, illud vero sit arbitrio perpetuum; verum haec precarij diuturnitas, tametsi revocabilis, et arbitraria, efficere debet, ut pos sessio sibi debeat in accipientem transferri; ut qui ... precarij naturam indiget sure hendi rem sub sua potestate, strictam illius possessionem consequatur, per quam res in illius potestate

rediga-

Traditur vera solutio

relinquatur, eaque ratione diuturnitatis habet quandam imaginem dominij, seu dominij umbram
creditur adeptus, possit saltem, ut libere rem habeat sibi possidere, ut virtute huius
cessionis valeat, contra versus circa rem pactum, retinere aut expulsus eam recuperare interdictis
dictis unde vi, et uti possidetis; docet eleganter Galuan. de usufr. cap. 33. n. 7. cui
subscribit Bacovius de usufr. 21. de acqr. posse. thesi 4. lit. D. in fin. commodatum
tamen usus non simpliciter, et indefinite, sed certo tempore modo celebratur, unde quamplerique commodatum
datum sic dictum putant, quasi commodo datum. plane res in commodato ad certum, et determinatum
terminatum usum, et fere quasi brevibus tempore conceduntur. quapropter cum defficiant in commodato
dato rationes, quae in precario possessionis translationem induxerunt, et insuper sit determinatio
determinationes, et brevitas finis praestet in illo usus, ac possessio; stat optime, quod in
commodato usus dumtaxat, in precario autem valeat transferri possessio. nec affinitas
nitas utriusque contractus, cuius n. ante meminimus probare, aliud longe persuadere potest,
neque quod talis necessitudo in eo consistit, quod rei usus in utroque gratis transferatur.
de lege 1. in princ. ff. de precario: circa tempus vero vel modum nulla similitudo intercedit,
Galuan. et Bacovius ubi supra. Arnoldus Vinnius in § item 2. inst. quibus modis re contrahitur,
hitur, obligatio. n. 1.

6\. Deinde illud quoque doctrinae nostrae repugnat, quod precario rogans possidet sine affectu domini; unde neque sibi possidere, neque illius possessio
tanquam iusta, et legitima aestimari posse videtur. quod autem precario accipiens cogitatione domini non afficiatur, et viva ratio, et expressa iuris testimonia evincunt manifeste. ratio ergo aperte dignoscitur, quia precarium solius usus, aut possessionis, non vero proprietatis intuitu celebratur. lege ait Praetor. 2. § ult. lege certe. 6. § ff. de precario. lege si aliquis. ff. h. tit. repugnat enim naturae precarij, quod rei dominium in accipientem transferatur. lege 1. § gen. et fin. de precario. Iuris testimonia extant in lege quaecumque. 13. ff. de publiciana. § 1. et in lege si servus. 22. § is qui precario
1\. de noxal. action. in quibus docent Paulus, et Gaius, Publicianum iudicium non competere precarijs possessoribus, neque in illos posse exerceri noxale iudicium, quia licet tum habeant possidendi titulum, carent tamen opinione domini. neque ergo, quod precario rogans dicatur ex iusta causa possidere. in dicta lege quaecumque. 13. § 1. ff. de Publiciana et in dicta lege si servus. 22. § 1. ff. de noxal. recte infertur, quod in cogitatione domini eum dicatur possidere, ut possident bonae fidei possessores; quare Dominus Isidorus libro originum. cap. 5. usucapionem definivit adeptionem dominij per continuationem possessionis; etenim precario rogans alio sensu dicitur iuste possidere, videlicet quia tametsi precarium non sit iusta causa possidendi: ~~quia concurrunt in illo omnia~~ in ordine ad usucapionem, quoniam deficit affectus domini, et titulus ad acquisitionem dominij: attamen in seipso est iusta causa possidendi; quia concurrunt in illo omnia requisita substantialia, ad constituendam veram, et legitimam possessionem, ut supra num. 3. fundabamus, et quia optima ratione ab hominibus a iure gentium fuit inductum. lege 1. § 1. ff. de precario. ob quam rationem pignus etiam iustam possidendi causam similiter praestat, ut constat ex dicta lege quaecumque 13. § 1. et ex dicta lege si servus 22. § 1. licet quod sine affectu, et cogitatione domini precario accipiens.

7\. Ostendimus ergo precario rogantem sine animo, et opinione domini possidere, nunc autem ut procedat argumentum, restat probare affectum domini esse de substantia stricte, civilisque possessionis; quod utique in primis Pauli textus persuadet

videtr. in l. possidere. 3. §. et adipiscimur. 1. ff. h. n. tt.º ubi qd ille scripsit, corpus simul, et animum adquirendae possessionis necessarium esse, de animo affectus Domini videtur intelligendus: nam certe propter Harmenopolus in suo compendio Iuris. lib. 2. tit. 1. Graecus illius Scholiastes sic eum illud videtur accepisse, cum dixit, omnes res, quas acquirimus, quarum per Dominium, et possessionem nobis paramus, ita apprehendamus ex Statutis, ut scilicet corporaliter eas accipiamus, et agnoscamus animo, et velut nostri Domini factas possideamus. Ulterius hoc idem persuadet stricta necessitudo, et individuus consortium, et reciproca relatio Dominij, atque possessionis; quemadmodum ferè pari demum, ut Domini efficiamur l. 1. ff. h. tt. et Domini demum, ut possideamus. Cum eo spectet Dominium, ut rei utilitatem percipiamus: quae potius utilitas in possessione, et usu earum rerum consistit: propterea quod Deus optimus maximus rerum primis Parentibus apud Moysem. Genesis. cap. 1. dominium rerum Dominium, ac possessionem simul dedisset, haec postea protulit verba: ecce dedi. quo verbo Dominium, et possessionem esse tradita, significabat, ut antecedentia demonstrant vobis omnem herbam afferentem semen super terram, et universa ligna quae habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam. quae individuum Dominij, atque possessionis consortium et reciproca, cum utrisque causa stricte tenetur, et demonstratur. deinde et possessio precario rogantis censura, et existimare Iuris tanquam propria, et legitima non reputari duo superadducta Pauli, et Gaij testimonia. in l. la. quaecumque. 13. § 1. ff. de publiciana. et in l. si servus. 22. § 1. ff. de noxal. aperte probare videtur. nam cum docuissent praedicti Iuris consulti bonae fidei possessoribus subiiciantur actiones dicti, noxales quae rationes super possessionis praedicte dicta illis exerceri posse; adiiciunt statim, neque illis precario roganti accomodari, neque istis adversus illos intendi posse; quia possidet sine affectu, et opinione Domini: cuius qualitatis defectus efficit, ut illius possessio minoris longe existimetur, quam possessio bonae fidei possessoris, atque ut sensum Iuris penitus disparabilia existimatur, et minus efficax videretur. Denique affectum Domini esse de substantia possessionis, constanter deffendunt Theophilus in prio. inst. de interdictis. et Harmenopolus ubi sup. ergo legitime inferri, possessionem precario rogantis quia caret hoc affectu, veram et legitimam censeri non posse.

8. dissolvit praedicta difficultas

Solutio quoque praedictae difficultatis pendet ex resolutione curiosae illius, et in hac materia nobilis profecto quaestionis, an scilicet affectus Domini sit de substantia possessionis, in qua licet ~~fundamenta~~ fundamenta non anti opposita affirmativae partis intendant persuadere, negativa tamen, ut longe verior, et principijs Iuris magis proxima pro ipsis possessionis + petiva illis manifeste verum ostendunt. exordium faciamus ab ipso possessionis nomine, quod satis ad exprimendam rei substantiam videatur, sicuti omnes, et notant cotti repetentes. ad l. 1. h. tt.º sane possessio appellata est a pedibus, vel a sedibus, quemadmodum pedum aut sedum positione percipitur. de l. f. quomodocumque enim ponantur pedes vel sedes, etiam si affectus Domini deficiat, possessio consistitur. Deinde hoc idem ex definitione possessionis superius praelata, constat aperte: dicitur enim possessio esse detentio rei sibi, et in illius expositione, affectum Domini ad nihil desiderari, expresse satis demonstravimus. et ab illo etiam hoc signanter apparet, quod tam veteres, quam recentiores interpretes, et ipsi quoque Iuris Periti, in l. 1. et seqq. h. tt.º omnia, quae ad possessionis acquisitionem necessaria, accurate tradiderint, et exposuerint, nec verbum, nec syllabam quod pertinent de praedicto affectu. quae omissio eum possessionis substantiam non subintrare arguit, immo evincit manifeste. quomodo enim credi potest, illos praedictum affectum

+ consentaneam libenter amplectimur. itaque existimamus et possidenti bonum affectum dominij non esse substantialem possessioni, sed et iuris proprii

non

n meminisse, si ad possessionem subita contineret, ob id quod illius obliti fuere, quoniam nil ad possessionem conducit, quatenus possessio est. ad quod cum possidere possit. an ut valeat possidere. non utique: quia nil loci habet proprietas cum possessione. lg. naturaliter 12. §. 1. lg. peregrinus. 52. ff. h. tit. lg. interdictorum 2. §. quaedam. 2. ff. de interdictis. lg. 1. §. huius autem 2. ff. uti possidetis. probant quod efficaciter interpretatum, et sic doctorum silentium talis affectus possessioni substantialis n esse. Tum deinde hoc idem apprime verum ostendit frequentissimus Juris nostri usus, quod praedictum affectum quoad possessionem civilem penitus insuper habet. quod potest comprobari in numeris exemplis eorum, qui detinentes sine cogitatione domini praecise in Jure dicuntur possidere: sive simpliciter detineant, ut depositarii, coloni, conductores, et alii, sive specialiter sibi detineant, ut ~~depositarii~~ creditores, et qui precario possessionem rogaverunt, et alii. ex quibus aliqua referemus, ut veritas opinionis, quam sequimur magis elucescat. actio ad exhibendum competit contra possessores. lg. in hac actione. 3. §. ult. ad exhib. et tamen datur adversus simplices detentatores, et contra eos, qui sibi detinent, qui omnes carent affectu domini. d. lg. 3. §. ult. lg. neque. 4. lg. celsus. 5. in principio et in §. 1. ff. de tit. rei vindicatio similiter contra possessores exercetur. §. omnium. 1. inst. de action. lg. officium. 9. ff. de rei vind. sed tamen ut potest ex d. lg. 9. adversus eum competit, qui affectu domini destitutus est sive simpliciter detineat, sive detineat sibi. pariter actio publiciana quae in possessorem dirigatur. lg. sed et si. 7. §. si petenti. 7. ff. de public. in eos tamen instituitur, quos nullus inest dominandi sensus, cum rei vindicationem imitetur. lg. sed et si. 7. §. in Publiciana. 8.

parat adhuc iter ad solutionem oppositionis difficilis et exponit virtus 2. decreti

Fum etiam affectum domini, ad possessionem n desiderari, constat aperte ex illis titulis, in quibus ex professo de ipsius possessionis Jure tractatur, plane in tit. ff. quibus ex caus. in poss. eatur. de illis agitur, qui ex primo decreto in possessionem mittuntur. at ex primo decreto simplex solum detentio a praetore conceditur, quae affectu domini prorsus destituta invenitur. lg. cum legatorum. ff. quibus ex caus. in poss. eatur. lg. officium. 9. ff. de rei vind. lg. possideri. 3. §. ult. lg. si quis ante. 10. §. 1. ff. h. tit. igitur qui ex praedicto titulo possessor a praetore constituitur, sensu, et cogitatione domini caret expresse. Cujac. et alii ad d. lg. possideri. 3. §. ult. Galuan. de usufr. cap. 33. n. 3. ad finem. idem apparet constat a contrario ex tit. ff. de rebus autoritate Judicis possidendis. ubi Creditores a praetore missi in possessionem ex 2. decreto, qui dicuntur omnium verissimi, et proprie possessores esse; sine affectu et destinatione domini possident. ea tamen quippe talis possessio conceditur, ut possint creditores latitantis cum fraude debitoris bona vendere. lg. fulcinius. 7. §. 1. ff. quibus ex caus. in poss. non sensu, et cogitatione domini valeant possidere, et usucapere. nec officit, si dicatur creditores in possessionem missos ex 2. decreto cum affectu domini, immo etiam Jure domini possidere quia virtus 2. decreti operatur, ut missus in possessionem adipiscatur dominium, si is, cuius bona, dare Jussit praetor, erat dominus. lg. 1. ff. de fundo dotali. lg. sed alio. 2. §. 1. ff. si ... noxae causa agatur. lg. si domini res. 5. lg. cum. 7. §. plane. 3. ff. com. dividundo. lg. si ... pecunia. 3. §. pignori. 1. versic. sed in possessionem. ff. de rebus eorum. lg. praetoris. 5. in principio. lg. si finita. 15. §. Julianus. 16. §. si ante. 17. et §. postea. 33. ff. de damno infecto; usucapiendi conditionem si ... erat. lg. possideri. 3. §. ult. ff. h. n. tit. d. lg. si finita. 15. §. si de vectigalibus. 26. cum sequenti. quae fuit sententia Accursii in praedictis Juribus, cui adhaerent Bartholus, et omnes fere Antiquiores, subscribunt quoque ex recentioribus, Ant. Contius lib. 1. disp. Juris cap. 8. paulo post principium. Vuesembeg. in paratit. ad tit. ff. de damno infecto. n. ult. in fine. Dionisius Gotofr. in notis ad d. lg. si finita. 15. in d. §. Julianus. 16. lit. A. et ... et ad d. lg. praetoris. 5. lit. R. Gifanius ad d. lg. si quis ante ... ff. h. tit. n. 4. Donel. lib. 5. comm. cap. 46. et ibi Osvald. lit. L. aut efficit ... decreti ut licet missus in possessionem nequeat directo dominus a praetore constitui, quoniam directo

dominii nullius Praetor facere potest. §. quod autem 1. inst. de bonor. possess. l. in dubiis 2. ff. de V. S. valeat tamen dominium bonitarium nancisci; et ex ea causa mediante postea usucapione supremum quiritarium acquirere, ut subtiliter Accursius illiusque sectatores in operans, docuit Ant. Fab. praedicta iura, cum hac dominiorum distinctione intelligens lib. 7. conject. cap. 4. et lib. 20. cap. 11. et de errore pragmat. decad. 10. err. 6. et decad. 56. err. 4. et 6. cui subscribunt Schiford. lib. 1. tract. 7. q. 4. Gilchen. de praescription. part. 2. membro 2. cap. 5. n. 26. et Nober. Gichar. ad §. in summa. 1. inst. de interdict. cap. 4. n. 151. cum sequentibus. Velut longe melius, et elegantius existimavit Cujac. lib. 1. tract. ad Edict. in lib. Praetoris. 5. ff. de damno infect. et lib. 36. ad d. l. 1. ff. de fundo dotali. lib. 9. quaest. Africani. ad l. cum postulasset. 44. ff. de damno infect. lib. 21. obs. cap. 36. et in recitat. ad l. 1. ff. de bon. possess. potestas 2i decreti operatur, ut quis missus in possessionem fiat dominus, non quidem proprietatis, nullam namque directe, neque oblique potest Praetor dominium distituere. d. §. quo autem 1. de l. in dubiis 2. sed possessionis.

10. Sane datur etiam in iure dominium possessionis, ut constat expresse ex l. cum ad latus 2. C. Theodosiano, de maternis bonis. l. possess. 2. l. proprietatis 4. C. de probationibus. l. locorum 11. C. de omni agro deserto. lib. 11. missus quidem in possessionem ex 2o decreto fit dominus possessionis, seu possessoris iure domini, ut ayebat Ulp. in d. l. Praetoris 5. §. postea q. 33. ff. de damno infecto, et in l. usufru. 7. §. rei 1. ff. de usufr. Itaque dominus, cuius habetur mentio in sup. relatis iuribus, accipiendum est de praesentaneo dominio possessionis, aut intelligendum de futuro dominio proprietatis, quod occasione missionis in possessionem ex 2o decreto, mediante postea usucapione acquiri potest. ab initio enim tempore factae missionis nullum proprietatis dominium penes missum in possessionem potest considerari. quod propter iam adducta et ipse missionis titulus probant efficaciter. Plane missio, quae fit ex 2o decreto, appellatur missio in possessionem, ut fatentur omnes, ob idque is, cui propter contumaciam adversarii cum Praetoris decreto favet, dicitur mitti in possessionem. quod certe secus foret, si virtute missionis aliquis dominium distitueretur: tunc quippe ipsa missio in dominium, non in possessionem appellaretur, et diceretur quis ex 2o decreto mitti in dominium, non in possessionem: quoniam nobilioris longe, et excellentioris dominii causam nomine possessionis supprimi, aut saltem obumbrari indecens, ne dicere est impropri um esset. argumento text. in l. si ita. 45. in fine princ. ff. de legatis 2. l. quidem 62. l. servus 81. ff. de legat. 3. l. inter 101. §. ult. ff. de V. S. probant quoque aperte ipsius nominis missionis in possessionem nullum ex ea dominium proprietatis transferri posse, per missionem igitur in possessionem ex 2o decreto nullus praesentaneus proprietatis dominium quis adipiscitur: hoc enim occasione missionis, mediante usucapione, postea acquiritur: ut est videre intelligendum d. l. cum considerari 3. §. ult. ff. si ex. et d. l. Praetoris 5. de l. finita 15. §. postea q. 33. ff. de damno infecto. et in d. l. usufructu 7. §. rei 1. ff. de usuf. Ita quae doctrina est etiam accipiendum, et interpretandum omnes text. supra relati, in quibus missus in possessionem ex 2o decreto dominus nuncupatur, cui hoc nomen inditum est, habito respectu ad possessionem, in qua dominus habetur. vel facta relatione ad futurum proprietatis dominium mediante usucapione acquirendum. quod etiam licet improprie ab ipsa missione in possessionem profluere ea ratione dici potest, quoniam illius acquisitioni occasionem praestat; ideo enim usucapit missus in possessionem ex 2o decreto, quia missio decreto Praetoris facta eum in bona fide constituit, licet sciat, rem alienam esse; quae bona fides, ut eleganter observavit Cujac. lib. 6. quaest. Africani, ad l. et generaliter. 28. ff. de nox. action. non est ignorantia rei alienae, sed ratio iustae possessionis, ob quam rationem similiter etiam usucapit ille, cui servus ex noxali causa deditus est, etiam d. l. ipsius dominus. de l. et generaliter 28. caeterum quamvis missio ex 2o decreto dominium quiritarium, aut bonitarium non tribuat, sed possessionem duntaxat; haec tamen possessio

exponit vigor 2i decreti

magis

magis nominis sonitu dici fert a Dno bonitario, ut de pignore, et hypotheca de re
Dn Marcianus in lege res hypothecae. § 1. ff. de pignor. quae debet tantumdem, in effectu
tantundem, namque praestat possessio cum plena fruitione, qualis est haec, quam Dnis bonitarii
viri, Potentiunt Curiae, quae illius trahimus, Joannes Vaudus. lib. 4. var. quaest. quaest.
33. Baro. lib. 6. manualium. ad tit. 1. de bon. possesion. et Primarius quondam facultatis
gentilibus, Lydus Caesarei Iuris in hac universitate ingeniosus Senior noster et aucto
alter Rapo Collendus, Praeceptor meus D. Dr. D. Joseph Nuñez de Zamora, in acad.
Emicis. add. n. ff. n. ult. haec tamen omnia procedunt in missione ex 2o decreto facta
ex causa damni infecti, non vero in ea, quae fit ex aliis causis. docent omnes supra relati Dno
postes, et praecipue Schifordeg. de lib. 1. trac. 7. q. 5. Bacovius ad Treutlerum. disp.
18. de novi oper. nunt. thes. 6. lit. C. in fine. et disputatione 24. de Benefic. qu.
Creditoribus adversus debitores succurritur. thesi. 3. lit. G. et Richar. in d. § 1. de in
dictis. cap. 4. n. 159. quae diversi Iuris ratio ea eleganti ratione fundatur, quoniam in
ex causa damni infecti fit ratione detrimenti non caventis, propter vitium rei, ex quo aliquis
timetur, unde cum vitium rei propter occasionem missionis, et inde in eos solus fiat missio
stio. lege dies. 4. § si intra. 1. ff. de damno infecto. lege 1. quae ex causis in possessionem eatur.
Stat optime, quod privetur ea ratione Dnus detrimentum, quo ad eum propter vitium quod, et ea
tamen verus novalis privatur. lege praetor. 7. § hoc edicto. 1. ff. de damno infecto. quae quidem
ratio deficit in missione ex aliis causis: quia fit missio in universa bona. de lege 1. ff.
quae ex causis in possessionem eatur. nullum est in rebus adest vitium; quare licet missus ex 2o de
creto ex illis causis verus possessor constituatur, nec possessio, cum plena fruitione, nec
usucapiendi occasio in illum transfertur: docet Richard. Schifordeg. et Bacovius
ubi sup. et Galvanus de usufr. de cap. 33. n. 3. ad fin. missi quoque in possessionem ex 2o decreto
ex omnibus causis propter causam damni infecti, quo tamen dicitur proprie et vere possessor
quoniam tamen ex hac missione Dnium capere non possunt, sciunt enim simul rem alienam esse, affectu
Dni profecto carent Galvanus ubi sup. quibus licet renuente Galvano, de maiori
ex causa damni infecti non absurde dici potest. sane cum nullum Dnium cum missio, de pos
sessio cum plena fruitione ex hac missione legitime transmittatur. tentari recte
missus quoque ex causa damni infecti sine affectu Dni possidere. licet enim possessor cum
Dnus est Iuris traditi appelletur, hoc ut diximus referri debet ad Dnium possessionis, vel
ad futurum proprietatis dominium mediante usucapione securo postea acquirendum
si vero fiat velut ad praesentaneum Dnium proprietatis vel ad animum illius, quae missus
cum nullum adhuc Dnium acquisierit, et insuper sciat rem alienam esse sine affectu
et destinatione Dni dicetur possidere: observavit eleganter Cludius de Iure
Donelli. cap. 46. lit. L. Denique proprius, et legitimus possessor sine affectu Dni
dici, ut inter extraneos. aliis quoque titulis, propter. Galvan. de cap. 33. n. 3. ad fin.

Patet igitur ex his omnibus, affectum Dni non esse de substantia pos
sessionis. nec offendunt ea, quae diximus sup. n. 7. non primum de lucis ex quo possi
dere. 3. § et adipiscimur. 1. ff. h. tit. nam Paulus ibi docens, corpore et animo ad
quirendum posse simul possidere, non est accipiendum de animo, et affectu Dni, ut perperam
timaverunt Harmenopolus, illique Scholiastes, sed de animo, et voluntate possi
dendi. etenim animus non ad Dnium, sed ad detentionem ibi refertur. adhoc enim, ut aliquis
possessor constituatur, haec necessaria est, ut intelligat, quod sit possidere, et ut velit possi
dere: hic est animus ille, quod ad possessionis acquisitionem desideratur. Id ita Paulus cum de
ipso declaremus, et exponamus. dixerat Paulus lib. 54 ad Edictum in d. lege 3. § 1. nec
animo acquiri potest, et postea eodem libro, in lege 1. § furiosus. 3. ff. hoc eodem
ita dixit: furiosus et pupillus sine tutoris auctoritate non potest incipere possidere

Affectum Dominii non esse de substantia possessioni
dilucide arguitur supra posita

affectione tenendi inhereret. ecce igitur ubi extitit, et sec. Paulum animus, qui requiritur ad possessionem, non
est affectus dominandi, sed detinendi. idque ex eodem Paulo constat in d. l. 1. §. itaque acquirimus 5. §. ult.
et in d. l. 3. §. Neratius 3. et ex eo aperte, et eleganter probatur quod, nempe legis animus in a
mittenda possessione requiratur, qui in acquirenda varius est, eodem Paulo teste, in l. quemadmodum. 8.
ff. h. tit. apparet ex proposita clausula, tunc ad eo animum amittendae possessionis, quando deficit vo
luntas detinendi, non dominandi, d. l. 3. §. in amittenda. 6. Animus igitur qui ex sec. Paulum
est ad possessionem necessarius, non est affectus domini, ut non recte Harmenopolus, eiusque Scholiastes credi
derunt. Deinde non obstat 2.a obiectio: licet enim ab initio, ubi leges inter homines Dominia, et posses
siones inceperunt, individuus adeo consortium inter ea extitisset, ut unum alteri stricte conne
cteretur, et opem ferret: ad quae tempora respexerunt quidem Moyses, d. cap. 1. Genesis, et Pau
lus in d. l. 1. in princ. ff. h. tit. labentibus tamen deinde seculis Dominii, et possessionis separa
tionem ad plures effectus induxit necessitas. quare etiam addendum, quod si huiusmodi sit possessio,
quae precise ad dominium referatur (ut contingit in causa usucapionis, in iudicio nostrali, et in
actione publiciana) tametsi haec possessio exigat affectum domini, illum tamen non requirit quatenus posses
sio est, sed ut talis possessio. ex qua doctrina facile iam dissolvuntur aliae duae obiectiones deduc
tae ex l. quae cumque 13. §. 1. ff. de publiciana. ex l. si servus. 22. §. 1. ff. de noxalibus. et ex
locis Theophili et Harmenopoli: nam quae ibi agitur de possessione ordinata ad causam dominii, ut re
cte docuit Salvianus de usufr. cap. 83. n. 4. a quo haec mutuo accepisse fatemur. Mane
at igitur possessionem de consideratam independenter a causa dominii ad sui essentiam, et existentiam ani
mo, et affectu domini non indigere; et licenti precario rogantes, licet hoc sensu non afficiatur, ve
re et stricte sibi possidere: nonnumquam illius possessio non ordinatur ad causam dominii, sed independens
est ab ea prorsus separata. Valen. lib. 1. illustr. tract. 2. de acq. poss. cap. 11. n. 11. et 12.
Voet lib. 4. de ap. iur. cap. 8. per totum, praecipue n. 5.

12. An precario dantes possidere

Sed quamvis (ut iam filius repetamus) hucusque dicta persuadeant pre
cario rogantes vere, stricte, et iuste sibi possidere; difficilis valde redditur haec doctrina
ex sequenti consideratione: nempe is, qui precario concessit, vere quoque, et civiliter possidet; at duo
in solidum simul possidere non possunt: ergo qui precario rogavit stricte, et iuste sibi possi
dere non valet. maior, in qua est difficultas, multiplex in confirmationem huius veritatis
iuris consultorum testimonium habet. probant illam aperte Pomp. in l. et habet. 15. §. eum qui 4.
versic. an vero. ff. de precario. Paulus ex Sabini sententia, in l. possideri. 3. §. ex contrario.
5. versic. Sabinus. ff. h. tit. Macer. in l. sciendum. 15. §. Creditor. 2. ff. qui satisd. cog.
Tertullianus in l. si aliquis. 28. ff. h. tit. Ulp. in l. certe. 6. §. ult. ff. de precario, et
Iulianus in l. qui a servo. 16. ff. de v. et A. minor subpatitur, apparet quam manifeste
ex d. l. possideri 3. §. ex contrario 5. ff. h. tit. et ex l. si ut certo. 5. §. ult. ff. commodati.
infertur quo legitime, precario rogantes stricte, et iuste sibi possidere non posse. diffi
cultatis laqueos non effugiet, qui ad asylum utriusque scholae Sabini, et Proculi confu
gerit, asserens, Sabinianos a Proculeyanis in hac re dissensisse, ut deprehendi vi
detur ex d. l. 3. §. ex contrario. 5. versic. Sabinus. ff. h. tit. nimirum quasi affirmaverint
Sabiniani utrumque et precario dantes, et accipientes simul possidere; Proculeyani
vero tenuerint, precario rogantes dumtaxat possidere. sane licet notissima utriusque scho
lae aemulatio, et quaedam illius vestigia, quae extare credunt in nostris relatis iuribus
et in l. Pomponius. 13. §. si is qui precario. 7. ff. h. tit. in praedictum asylum induxerint
rapuerint quam Cuiac. lib. 9. obs. cap. 32. Bisfan. in d. §. ex contrario. 5. aliosque quorum
mentionem facit Bacobius de disp. 24. de acq. poss. thes. 4. lit. K. qui docent pre
cario.

cario dante, et accipiente simul possidere non posse, ut putabat Lauing in suis his supra citatis, deinde vero ex illis, ut precario rogantem possidere ex Proculi, quae praevaluit, cuius habetur mentio in d. §. ~~si usque~~ ex diverso. 5. versic. Sabinus, et in d. l. Pomponius. 13. §. si usque precario. 7. ~~versic.~~ tamen quoniam haec sunt, quae tamen plurima faciunt: tum quoniam non apparet dissidium circa hoc fuisse inter utrasque scholas, nec deinde verum est, quod Labeonis obtinuisse, quod videlicet precario concedens, non possideat, et tandem, quia utriusque scholae summis expressasque illis opposita verbis fateri, est immerenter Tribonianum incusare, (quod in hac nostra Academia iam diu turpe merito existimatur) et intollere, seu fugere difficultatem, et inhoneste cedere, atque sublumbere. alia itaque honestior quaerenda est via ad solutionem huius difficultatis.

13

Soluit argum. et int. plat. l. 1 in l. 13 §. 7 ff. h. tit.

Asserimus igitur nullam in hac parte inter utrasque scholas fuisse controversiam, sed pariter Sabinianos, et Proculeyanos affirmasse, precario rogantem proprie, et naturaliter possidere, apud concedentem vero nullam veram possessionem existere. quod vi sua juris ratio efficaciter persuadet, et multiplici fundamento inexpugnabili quasi verum evincit, et luce clarius ostendet. 1. fundamentum ex eo desumitur, quia precario concedens habet expresse animum amittendi, et a se abdicandi possessionem, transferendique eam in precario rogantem, ut dicebamus supra n. et fatentur omnes; qui virtute huius animi manifeste desinit esse possessor, et simul precario rogantem verum possessorem constituit. deinde hoc ipsum aperte ratione probatur: nam supposita vera, et naturali possessione in persona illius, qui precario recepit (quod nullus hucusque negavit) sequitur, eandem veram possessionem penes precario dantem residere non posse, quoniam eius dem rei simul in solidum nequeunt duo esse possessores: d. l. 3. §. 5. in fin. ff. h. tit. l. 5. §. ult. ff. commodati. Tandem hoc idem signanter certiusque demonstrat Ulpianus in difficili, et eleganti adversu in l. 13. §. si usque precario. 7. ff. h. tit. ubi docet, precario dantem usucapionem implere non posse durante precario, neque uti accessione possessionis in persona illius, cui rem precario concessit, quod evincit aperte, precario concedentem non esse possessorem, aliasque proprie per se incepta usucapione posset, quin ad illam implendam alterius possessionis accessione indigeret. nec offendunt supra proxime ante relata, ex quibus probabamus, precario dantem, manente precario possidere: etenim discrimen assignamus inter veram possessionem, et fictam, seu interpretativam. sane precario concedens ob rationes supra expensas, durante precario, veram possessionem non habet, sed fictam et interpretativam, suspensam tantum habere. licet enim precario concedens per animum deponendi, et transferendi possessionem, illam amittat, veramque civilem, et naturalem simul possessionem perdat, quia tamen animus non est simplex, et absolutus, sed terminatus ad durationem precarii, quod licet pro arbitrio revocare, l. 1. in princ. l. ait Praetor. 2. §. et naturaliter ff. de precario. ideo creditur, possessionem animo retinere: quoniam ab illa in perpetuum animo non discessit: d. l. Shet. 15. sic intelligenda. §. eum qui. 4. in fin. ff. de precario. ob huiusmodi animum non discedendi in perpetuum a possessione, sed ad tempus tantum, quo durat precarium, quod precario concedens, manente precario, possessionem

possessor esse desinat, ficta tamen, et interpretativa esse praesumitur: ubi restricte ille animus tenendi possessionem animus, et libera revocandi precarii facultas aliquid operentur: plane amissus dici non potest, quod recuperari quod posse valet, leg. siquis, vi. 17. ff. h. tit. leg. Rhinbonis. 52. ff. de acq. rer. dom. leg. si quis actiones. 15. ff. de R. I. Doct. Norbert Valenc. lib. 1. illustr. tract. 2. de acq. possess. cap. 3. n. ult. ex quo procul facile in amicitiam rediguntur omnia Iura pertractata supra n. superiori adducta: ibi enim in dicta leg. et hoc, 15. § eum qui 4. ff. de precario. et aliis supra relatis quae fratant precario dantem, manente precario, possidere, intelligendi sunt de hac ficta et interpretativa possessione. Ita vero in dicta leg. Pomp. 13. § si is qui precario. 7. ff. h. tit. et in aliis Iuribus, quae negant, precario dantem possidere exaudiendi sunt de vera possessione docuit eleganter Galvan. de usufruct. cap. 34 n. ult. et cap. 33 n. 7 ad fin. et Vaconius de Vaconiis disp. 26 de adquir. posses. thesi 4. lit. K.

14 Notatur tradita solutio

Itaque rogatus, et rogans rem precario simul possident diverso tamen modo, hic vere, ille autem ficte, et interpretative. Sed certe hic opposite difficultatis dissolvendae modus, quamvis oppido elegans, et verissimus, in quendam longe nos deiicit scopum, quaeque maiori intensiori que expositione indiget narratio. Ex dicta enim solutione infertur expresse, quod rogatus possideat, sed tamen manente precario inceptam usucapionem non compleat, nec absolvit, neque illam post vel accessione illius possessionis quam habet rogans de leg. 13 § 7 ff. h. tit. quod quidem in manifesto iuris principio impingit aperte: quoniam a ratione et ab usu iuris penitus abhorret: a ratione iuris videtur alienum, quod explorabilissimum est, quod qui coepit usucapere, permanente eadem possessione, usucapionem adimpleat, efficiat, quod certe ex distincta possessione perducit leg. 3 ff. de usucapion.; ab usu iuris quoque distare videtur, namque in debitore, qui rem bona fide possessam pignori dedit, receptum est, ut licet ex contractu pignoris possessionem amittat, eamque transferat in creditorem, quia tamen ipse fictam, et interpretativam possessionem habere praesumitur, possit durante pignore, inchoatam usucapionem implere, et vel accessione possessionis ex persona creditoris leg. 1. § 15 leg. 36 ff. h. tit. leg. 16 ff. de usucapion. Tunc denique ex tradita solutione constat manifeste, quod rogatus, et rogans rem precariam in solidum simul possideant: quod nostra ultima iuris elementa repugnant: scitissimum quippe est simultaneum possessionis concursum in iure non admitti, nec plures eandem rem simul insolidum possidere posse leg. 3 § 5 ff. h. tit. leg. 5 § ult. ff. commodat. leg. 19 ff. de precario. Haec autem singula distincte dividere, et sigillatim percurrere oportet, ut occasione illorum tradita solutio magis explicetur, illamque veritas his impedimentis sublatis longe splendidior emergat et perspicua nobis appareat.

15 Solvit instantia opposita et sequitur interpretatio textus in dicta leg. Pomponius 13 § 7 ff. h. tit.

Igitur qui rem, quam bona fide possidebat, precario dedit, manente precario, inceptam usucapionem complere non potest, lex enim sponte illius possessionem amiserit, voluntarius defectus verae possessionis merito impedit progressum, et perfectionem usucapionis, quae sine vera possessione non consistit leg. usucapio 3 leg. possessio 25 ff. de usucap. propterea

eadem

eodem tit. ubi notarunt omnes. Nec ex eo, quod precario detinens saltem ficte et interpretative, ut diximus, rei possessorem credatur, sequitur, quod possit eodem tempore inchoatam usucapionem perficere: etenim ficta haec, et interpretativa possessio de iure communi, et secundum ordinarias iuris regulas ad consequendam, complendamque usucapionem non est sufficiens. Quod pluribus rationibus perspicue veram demonstrabimus. Prima ratio quia usucapio bono publico inducta, ne rerum dominia in suspenso existerent, et diu sine domini vacua iacerent, tendit ad puniendam dominorum negligentiam et simul ad praemium elargiendum illis, qui per tempus a lege definitum alienis rebus incubuerunt, veram que illarum possessionem habuerunt leg. 1 ff. de usucap. 3 ff. de usucap. cum primis inst. eodem in quibus notant omnes repetentes. Quod quidem praemium non meretur ficta et interpretativa possessio; quoniam fictus et interpretativus possessor nullam curam adhibet in custodienda re, et observanda possessione, et patet, ficta ergo et interpretativa possessio ad usucapionem sufficiens non potest. Secus vero contingit in illa possessione, quae ex ficta traditione inducitur, quando videlicet supplet eius actum traditionis, circuitus vitandi causa, aut ex alia ratione, et aliquam possessionem distribuit, ac si traditio intervenisset, de qua possessione fit mentio in leg. 1 §. si iusserint. 15 leg. quod nomine §. si vendiderim 2 leg. interdum 21 leg. quarundam 51 ff. h. tit. leg. certi condictio 9 §. ult. leg. singularia 15 ff. de reb. credit. et in aliis iurib. quorum meminit Cuiac. lib. 1 defin. Papin. in leg. clausulam 74 ff. de contrah. empt. et in leg. 45 Tauri, quae est hodie lex 8 tit. 7 lib. 5 novae recopilat.; nam talis possessio civilissima, et interpretativa a iuris praxibus nuncupatur, cum tamen ei iura sufficiant actu talis traditionis, qui a iure supplet, perinde ac vera possessione reputatur, omnesque iuris et verae possessionis illi effectus tribuunt, ut constat ex iuribus nuper relatis, et docent Anton. Faber in rationali leg. cum miles 30 ff. ex quibus maior. et in iurisprud. tit. 2 princ. 4 illat. 3 vers. de possess. de quo Osuald. lib. 5 Donel. cap. 8 lit. A Menchaca lib. 2 illust. cap. 57 a n. 25 Anton. Gomez ad leg. 45 Tauri n. 11 et sequent. Molina lib. 3 de hispan. primog. cap. 12 aliique plures ab eis relati. Sed de hoc latius in cap. sequent.

16 Sed instabis adhuc fictam et interpretativam possessionem parit actualem, et veram possessionem ad usucapionem sufficere debere ex vulgatissimo iuris nostri axiomate, quod deprimitur ex leg. si is qui pater 23 ff. de lib. et posth. ex qua omnes notant, et habetur, eandem vim esse fictioni, in casu ficto ac veritati in casu vero; huic tamen dubio licet adeo non vulgari, facile occurrimus dicendo, quod praedictum iuris acciomata tunc tantum locum habet, quando in re de qua agitur tantundem potest operari fictio quantum veritas operaretur; ceterum si natura rei fictionem repugnat, nec admittat, nequit idem vigor tribui, ac veritati. Quod me hercle in usucapione contingit: quae cum veram possessionem ad sui dominium naturaliter requirat d. leg. 1 leg. usucapio 3 leg. sine possessione 25 ff. de usucap. princ. inst. eodem et haec, ut potest in facto consistens leg. possessionem 29 leg. possessio 49 ff. h. tit. fictionem non recipit leg. denique 19 leg. ait praetor 23 §. item 2 ff. ex quibus causis maior. leg. cum heredes 23 §. 1 ff. h. tit. leg. in bello 12 §. facti 2 cum vulgatis ff. de captivis Cuiac. lib. 8 quaest. Papin. ad d. leg. 19, et ibi Anton. Faber in rationali. Donell. lib. 5 comment. cap. 6 ubi Osuald. lit. C et d. Valent... rus referens lib. 1 illustr. tract. 3 de acquir. possess. cap. ult. n. 6 Rocc. ... lib. 6 opusc. cap. 11 n. 6 et per totum; sequitur naturaliter usucapionem fictionem possessionis admittere non posse, et consequenter fictam, seu interpretativam possessionem ad usucapionem non sufficere. Igitur quicunque quod bona fide possid...

Ad ponit alia instantia et diluit

precario dedit, ex defectu veri possessionis sponte amissae nequit, manente precario inceptam usucapionem perficere, nec ex sua persona, quoniam voluntarie a se possessionem abjicit, nec ex persona illius cui precario dedit, quia incivile factum est, precario dantem uti accessione possessionis ex persona rogantis eo tempore, quo vera possessione in eum translata, illam vere sibi possidere voluit a parte, et velco maxime quia durante precario, quod potuit pro arbitrio revocare leg. 1. in principio leg. ait praetor 2 §. et naturalem 2 ff. de precario nulla ratione debet ei prodesse possessio precario accipientis: quippe indignus est accessione illius, qui eum sponte possessorem constituit, et ultro in possessione manere permisit.

17 Distinguit differentia inter debitorem et precario dantem

Ex his facile iam apparet elegans diversitatis ratio, alioquin difficilis inter debitorem, qui rem bona fide possessam, quam pignori dedit, manente pignore usucapit, utens accessione possessionis ex persona Creditoris, in quem vera possessio ex causa pignoris fuerat translata, et inter precario dantem, qui perseverante precario inceptam usucapionem non adimplet. Sane debitor ex angustia necessitatis pignus constituit, cuius solutio ex libero eius arbitrio dependet, quia non semper est in expedito pecunia leg. quod diximus 105 ff. de solutionibus leg. 1. §. item 8 ff. ad leg. falcidiam §. ult. inst. de inutilib. stipulat. Cuiac. lib. 27 quaest. Papin. ad leg. liber homo 118 §. 2 de verb. oblig. Donel. ad leg. eum qui 41 §. ult. eodem tit. n. 34 cum sequentibus. Quare optima et benigna quidem iuris ratione fuit introductum, ut durante quovis pignore, quoad usucapionis causam intelligatur debitor vere possidere, utendo scilicet accessione possessionis ex persona Creditoris textus in leg. 1. §. per servum 15 leg. qui pignoris 16 ff. h. tit. leg. servi 16 ff. de usucap. ita intelligendo et certe interest Creditoris usucapionem interim a Creditore compleri, ut eo animo affecto possit etiam Creditor rei pignoratae dominium transferre, et hac ratione emptorem facilius invenire, ad quod aspirant vota Creditorum leg. si convenit 4 ff. de pignor. action. §. 1. cum vulgatis inst. quibus alienare licet. Quam iuris benignitatem non meretur quidem precario concedens, quoniam precarium ex mera eius liberalitate proficit, et pro libito semper potest revocari, unde cum cesset operativa utilitatis causa, nequit, manente precario uti accessione possessionis ex persona illius, cui precario concessit, nec verus intelligi queo ad usucapionem possessor d. leg. Pomponius 13 §. is qui precario 7 ff. h. tit. nullo enim favore neque speciali iure dignus est ille, qui damnum ex sua culpa sentit, cui facile potest occurrere leg. quod quis 203 ff. de Reg. iur. quam rationem dignoscam longe veriorem arbitror nostrae principiis magis consentaneam, quam quae tradit Aurelio Galvano de usufruct. cap. 33. n. 7 ad fin. qui totum discrimen inter debitorem, et precario dantem circa hanc partem in eo pertinere consistere non recte asserebat, quod debitor cum ex necessitate destinat esse possessor, retinet sibi eam possessionem, quae ad usucapionem sufficiat; precario autem concedens voluntarie ter, et ex mera liberalitate ultro possessionem amittat, eamque conservat, quae sit satis ad usucapionem: Uterque enim pariter verum desinit esse possessor, ea quae possessione aeque sine dubio caret, quae ad usucapionem requirit. Optime vero docerat Galvanus, si dixisset, quod licet quidem Uterque similiter veram possessionem dimittat, et ea privetur, quae est ad usucapiendum necessaria

sed

hoc tamen non obstante utilitati cum de precariis rationabili speciali iure fuit inductum, ut precario concedens ...
uteretur accessione possessionis ex persona creditoris, verus que possessor quo ad usucapionem ...
intelligeretur, non autem precario concedens, qui ex rationibus supra traditis singulari favore ...
patentem indignus apparet.

18 Precario concedens, rupto precario semper possessor intelligitur.

Sed nunc merito dices, ad quid ergo proficit ficta illa, et interpretativa possessio quam diximus penes precario dantem residere manente precario, si ad usucapiendum non deservit. Inutilis igitur imo penitus ridicula est, si non prodest ad usucapionem: quia nullum alium effectum potest producere. Obscura certe et elegans objectio; caeterum remanet utilissima est ficta illa et interpretativa possessio; quia precario concedens habere creditur, durante precario: nam licet pendente tempore nequeat inceptam usucapionem adimplere ex rationibus supradictis, valet tamen vigore illius rupto precario, usucapionem perficere, utendo scilicet accessione possessionis ex persona rogantis: quoniam revocato precario, tempora coniunguntur, et datur accessio possessionis inter dantem et accipientem. Itaque si perseverante precario tempora usucapionis completa fuerint, quamvis tunc nequeat concedens usucapionem perficere, valet tamen postea precario, poterit illam statim adimplere. Et tunc licet tempore manentis precarii, concedens nequeat vere precario dici possessor, quoniam possessionem ... dimisit et per totum illud tempus illam a se voluntarie in totum abjecit, et in accipientem transtulit, tamen revocato precario, medio tempore possessor fuisse praesumitur: quia ille animus cedendi, et amittendi possessionis non fuit simplex et absolutus, sed terminatus ad durationem precarii; propterea que videtur animo retinere possessionem, quippe ab illa integre animo non discessit nec voluit eam a se in perpetuum abjicere leg. et habet 15 §. eum qui 4 sic ut diximus intelligenda ff. de precario. Sane qui rem precario concedit vult eius illius possessionem amittere, et in accipientem transferre, sed non quidem in aeternum, sed durante durat precarium; unde hic animus relatus ad existentiam precarii dico efficit, ut extincto precario finiatur precaria possessio, redeat que ad concedentem; sicuti legatum relictum donec fiat aliquid coniam facto finitur finit, et redit ad heredem, ut notant ibi ex textu in leg. legatis 17 ff. de annuis legatis (de cuius vera expositione ... Costa ad §. si arbitratu limit. 9 ex n. 4 ad 9 et Fichard. in §. sed si ... inst. de legat. n. 40) et similis stipulatio leg. eum qui 56 §. qui ita stipulatur 4. ff. de verb. oblig.. 2um ut ex tempore revocationis precarii, concedens semper rei possessor ... credatur: quia totaliter illius amittendae animum numquam habuit. Deinde amittendae possessionis animum, quem habet is, qui precario concessit, non est purus, perfectus, simplex, et absolutus, sed imperfectus, respectivus, determinatus, et quodammodo conditionalis: non enim vult precario concedens simpliciter et absolute possessionem dimittere, sed sub illa duntaxat conditione si manserit precarium, sub contraria vero, idest, si precarium extinctum fuerit, vult quidem possessionem sibi retinere d. leg. et habet 15 §. eum qui 4 ff. de precario; sed animus imperfectus et conditionalis in casum defectus conditionis non operatur, nec importat certe amissionem possessionis, tametsi re vera tradita fuerit elegans textus in leg. qui absenti 3 §. ...
p...

p[re]rio et in d. l. et in leg. si aliq. 28 ff. de a. quir. possess. in euius solemni academica elucidatione dicebamus n. 5 et 6: q[uod] animus p[re]cario danti, desficiente duratione p[re]carij, possessionis iacturam nequit inducere; nam in eo casu extincti p[re]carij concedens noluit umquam possessionem amitere, imo voluit aperte eam a se animo retineri; dans quippe p[re]cariam possessionem concedit, duo respicit tempora quo ad possessionem; tempus scilicet durationis, et tempus reuocationis p[re]carij: habito respectu ad tempus durationis habet planam animum amitendae possessionis, quoniam vult eam expresse in accipientem transferre, sciens simultaneum eiusdem possessionis concursum penes utrumque in solidum esse non posse d. leg. possideri 3 § ex contrario 5 ff. h. tit. facta vero relatione ad tempus reuocationis non vult quidem concedens possidere desinere, imo aperte vult possessionem sibi retinere: quippe extincta possessione rogantis deficit totaliter causa, quae inducit amissionem possessionis in concedentem, et cessat insuper impedimentum simultanei concursu; licet ergo rationi sit consentaneum, quod manente p[re]cario concedens desinat esse possessor, attamen rupto p[re]cario semper possessor fuisse intelligitur, nam deficiente prorsus abijcendae possessionis voluntate in hunc casum inciuile profecto foret, illum sine animo possessionem amitere.

19 Haec tamen possessio, quae manente adhuc p[re]cario intelligitur penes p[re]cario dantem residere, et quae rupto p[re]cario efficit, ut si termini ad usucapionem defiuiti, medio tempore completi fuerint, illico procedat, et perficiat usucapio, et detur coniunctio temporum, accessioque possessionis inter p[re]cario dantem, et accipientem; certe non est vera possessio, quia implicat hunc temporis p[re]cario dantem habere cum eodem tempore veram possessionem sponte dimiserit, et in accipientem voluntarie transtulerit, apud quem ultro remanere permisit cum posset pro libito reuocare ut diceba[mus] supra n. 13 et 14; sed est ficta et interpretatiua possessio ellicita ex illo animo non discedendi in perpetuum a possessione, seu retinendi possessionem in casu reuocationis p[re]carij d. leg. et hec 15 § eum qui 4 ff. de p[re]cario. et quae tametsi non sufficiat ad usucapionem de nouo producendam, neque ad continuandam et perficiendam iam inceptam a p[re]cario dante, perseuerante eodem p[re]cario ex rationibus supra expensis n. 15 et dub. sequent. potest tamen esse, ut usucapio a concedente incoata, rupto p[re]cario statim perficiat, si tempora ad usucapiendum naria durante p[re]cario, completa fuerint d. leg. Pomponius 15 § si quis 7 h. tit. quod ex sequentibus certissimum demonstrabitur, et perspicue verum apparebit. Primo nam licet rogans manente p[re]cario verus absque dubio possessor existat, quia tamen eius possessio, rupto p[re]cario statim finit, et nihil iam illi extincta potesse creditur, ex instanti reuocationis p[re]carij, non sibi, quoniam iam sua non interest, sed ut commodatarius quidem rogato semper rogato semper possedisse, ita ut rogatus pro rogantis persona semper retinuisse uideatur possessionem propriam, quam ante p[re]carij concessionem habebat et quae apta erat ad inducendam usucapionem. Quare rupto p[re]cario iungit vera possessio rogantis cum ea quam habuit rogatus ante p[re]carium, et quamuis p[re]caria possessio, tametsi in ista ipsi roganti ad usucapionem non sufficiat, quia caret affectu dominij, qui ad usucapionem nem

p[re]ire

[Margin, beside 19:] int[er]p[re]tatiua possessio sufficit, ut rupto p[re]cario usucapio p[ro]cedat.

psise desiderat leg. quez que 13 §. 1 ff. de publician. leg. si servus 22 §. 1 ff. de noxalib. actio rogato tamen ꝓdest; nam cum ꝑ mediam rogantis ꝑsonam videat possidere, possessio medii tempo respectu illius affectum dominii ꝑfecto includit. eam obrem Ulpian. ind. leg. Pomponius 13 § si qui ꝯ h. tit. ita loquit: si tamen rese perit possessionem, rupto pcario, dicendum accedere possessionem eius temporis, quo pcario possidebat: quorum verborum hic e sensus; si reuo pcario possessionem rogatus velut postliminio recuperauerit, fingit semp possedisse, ita ut i tis temporibus variarum possessionum (ide verem qz hebat ante pcarium, et int pstatiua, qz habu intelligit manente pcario) usucapionem absoluat docet Saluanus de Usufruct. d. cap. 33 n. ad finem.

20 q requirit idem assumptum

Deinde ob id extincto pcario pot rogatus vti accessione possessionis ex ꝑsona rogantis, et inceptam usucapionem adimplere, quoniam equum e, ut pcaria possessio, q nequit in ipso roganti ꝓdesse, rogato ꝓficiat, q ex liberalitate, et humanitate ꝯcessit, ne alit nulli ꝓdesset qd certe iniquum, ut videre licet in hereditate iacente, ubi qz ea nulla sit possessio, heredi tamen ꝓcedit usucapio, ne alias inutile tempus euadat, qd velco maxime verum attendit ꝑ tractat de accessione possessionis in sola equitate leg. de accessionibus 14 in pri ff. de diuers. et temp. pscrip. et equitas palam expostulat, ut rupto pcario, possessio rogantis ꝓficiat rogatum qa aperte iniquum e nulli ꝓdesse; tum ꝑ ter tim qa in pcarii possessione id agi uidetur totum exitum commodum capiat rogans, qd pot hre utendo re, sed qd nequit ꝑcipere, quatius accessio possessionis, ut hoc incolume ꝯcedenti remaneat Cisanius ad d. leg. Pomponius 13 d. §. si is qui 7. Tandem hoc idem meo iudicio ex eo elegant et efficacissime ꝓbat: nam qz ciuis nes manente pcario indignus sit beneficio accessionis, quoniam voluntarie desiuit eo possidere attamen reuocato pcario pdictum accessionis beneficium certe meret; tum qa in casu rupti pcarii noluit possessionem dimittere, ut late fundabamus n. ante; tum denique qa delicti illud spontanee amissionis, qd respectiue ad usucapionem ꝯmisit rogatus, ꝯgrue, et ꝯdigne satis vindicat in eo, qd nequeat tunc temporis usucapionem ꝑficere. et quidem n deb nec potuit iuste illius pena extendi ad tempus reuocati pcarii: quippe hoc tempore cessit rogatus, ꝑ ꝯtera que legis odium n meret. Dignus e ergo rogatus, ut rupto pcario beneficium accessionis a lege ꝯsequat. Qd et fauor publicus usucapionis certe ꝑsuadet, qz cuius interest rei publice prio inst. de usucapion. leg. unic. cod. de usucap. transform. ubi notant oes; et quidem vel eo pcertim, qz longe iustiore intentio pcario dantis, qui cupit usucapionem ceptam adimplere, qz veri domini, qui intendit usucapionem impedire. etenim delictum voluntarie abiectionis possessionis, qd patrauit rogatus, ꝯdigne ut diximus remanet delictum omissionis, et negligentie domini emendatum, ex quo adhuc n e. Hoc igt legis odium eius facti clementiam illud ꝑmeret; si ergo durante pcario tempus ad usucapionem definitum transiit erit, reuocato pcario, illico ꝓcedit usucapio, qz tum ibi dominus cum pcario dante ꝯcurrat: qt legis virtus manente pcario merito suspensa, eo rupto, in fauorem pcario dantis ꝯtestim ꝑrat, cuius bene f

effectu indignus apparet dominus. ~~Nihil decet in hoc loco~~

21 Opponit alia instancia, qui dicitur — Persuadent quidem hanc rationem et Doctorum interpretum sententia, cui praeter iam relatos adstipulantur Donel. lib. 5 comment. cap. 20 Cuiac. in recit. ad leg. id tempus 14 de usucap. et Bracc. Duttes lib. 3 opusc. ad lib. singul. quaest. Scaevolae in leg. de accessionibus 14 de divers. et temp. prescript. n ult. beneficium accessionis indulgendum esse rogato ex persona rogantis statim rupto precario, ut virtute illius completi termini ad usucapiendum definiti possit illico usucapionem perficere. sed ingens adhuc in hanc doctrinam contrarium insurgit dubium: hoc nimirum, quod accessio possessionis tametsi aequitatis fundamento nitatur d. leg. de accessionibus 14 in principio, eget tamen quibusdam aliis rebus, et circumstanciis, ut possit locum habere, et alicui elargiri: videlicet titulo et successione. Qui enim vult uti alterius accessione, debet habere titulum et successionem ab eo, saltim respectu possessionis habere d. leg. de accessionibus 14 §. 1 cum sequentibus leg. in usucapione 15 §. 1 cum aliis ff. de divers. et temp. prescrip. leg. Pomponius 13 §. praeterea 2 §. sed et legatario 10 et sequent. ff. h. tit. Cuiac. in recit. ad leg. Pomponius 13 in d. §. praeterea 2 et ad leg. id tempus 14 ff. de usucap. et lib. 8 quaest. African. ad leg. si duobus 6 §. 1 ff. de diver. prescrip. Accurs. ad d. leg. Pomponius 13 et ad d. leg. de accessionibus 14 Bart. ad leg. si hoc 19 ff. de usucap. Bracc. Duttes ubi supra ad d. leg. de accessionibus 14. Sane heres et legatarius utuntur accessione ex persona testatoris, quia ab eo causam habent, et illius successores sunt, et emptori et donatario competit accessio donantis, et venditoris, quoniam ab illis titulum et successionem habent. Probant praeter nuper relata iura text. in §. diutina autem possessio 20 et §. inter venditorem 11 inst. de usucap. ingg. docent repetentes. At precario concedens nec titulum nec successionem habet ab accipiente rupto precario; namque totum ius accipientis extincto precario confestim abrumpitur, quia titulus precariae possessionis totaliter evanescit: nequit ergo rogatus revocato precario uti accessione possessionis ex persona rogantis et consequenter nec usucapionem perficere, quamvis termini ad illam definiti medio tempore iam transierint. Robustum me hercle dubium, et vel ideo magis difficile, quia recens est in lucem editum: ei tamen idoneam satis, ut credo praestabimus solutionem (sed brevem quidem, quia ipse difficultatis praeterea que iam nos sequens caput optima clamitat) itaque respondemus quod licet rupto precario nullum titulum habeat rogatus ab accipiente respectu rei precario concessae, quippe illius dominium penes eum semper mansit leg. 1. §. ult. ff. de precario; respective tamen ad possessionem amissam titulum ab eo habere intelligitur, redditionis scilicet, vel traditionis rei precariae. Tamen ut rogatus revocato precario recuperet et nanciscatur amissam possessionem rei precariae, debet illi praesertim res tradi, et reddi ab ipso rogante. Licet enim revocatio precarii rogantis precariam possessionem extinguat, haec tamen extincta possessio rogantis non reddit ipso iure ad rogatum ex potestate

tate revocationi, sed insup naria ẽ traditio ipsius rei à rogante facienda, et apprehensio ipsius rogati pball
miri elegans et dicertus adrez txt in nra leg. Pomponius 13 in d. §. iis qui precario) ubi docet Ulpian
qd ut rogatus recuperet possessionez revocato p̃cario, necesse ẽ, ut illaz à rogante recipiat ibi: si tamẽ
receperit possessionez rupto p̃cario dicendum ẽ etc. Ex hac igr. p̃sita traditione, et redditione rei p̃cari
ad recuperandaz possessionez, resultat quidez titulus, saltim nudi rei ipsius possessionis et ex co ol
cit. succesio, quo ad ipsaz possessionez, cui titulus nudis traditionis, vel redditionis rei sensura iur
... sufficiens reputat. ad inducendaz accessionez possessionis; mitigbant elegantissime et ...
ore decretorij, et n̄n vulgaris adrez txt in leg. si nõz 19 ff. de usucap. et in leg. si duobus 6 §.
ff. de divers. et temp. p̃scrip. in qq resoluta venditione vigore pacti resolutivi in diez addictionis
vel commisorij docent Javolen. et African. uti posse venditorez accessione possessionis ex p̃sona
emptoris, etenim qq vis resoluto contractu dominium et oẽs fructus ipso iure confestim reddant.
ad emptorez, quia remaneat aliquis conceptus tituli penes emptorez leg. ubi autez 4 §. sed et Mar
cellus 3 ff. de in diez addict. leg. lege fundo 5 cuz leg. sequenti ff. de lege comis. leg. ult. ff. de iure
Anton. Faber. in rati. ad p̃dicta iura Donel. lib. 10 comment. cap. 18 §. ult. ubi Osuald. lit. C.
Connanus lib. 7 comment. cap. 9 Duaren. ad tit. ff. de in diez addict. et ad tit. de lege comisor. cap.
effectu codit. existentis Larrea decision. granat. quest. 76 n. 4, dicebamus late in nr̃o
de mico tract. de pact. resolut. cap. ult. n. 1 cuz sequentib.; possessio tamen nisi tradita
apprehensa n̄n reddit ad venditorez: quoniaz virtus pacti resolutivi ad possessionez n̄ porrigit;
enim venditor resoluto contractu fingi medio tempore dominus, sed n̄ utique possessor; pro
tiones naz que ad caz possessionis, ut pote facti, se ut notuz ẽ n̄ extendunt. Licet ergo reso
venditione nullum titulum heat venditor ab emptore rei dominij fructuum et accessionum,
possessionis caz saltim nudaz ab illo here videt; virtute cuius utitur accessione
illius temporis, quo res fuit apud emptorez ut constat ex citatis iuribus sic intelligendis
at latiori calamo diximus in nr̃o p̃dicto comment. cap. ult. n. 18 cuz dubus sequent.
ergo parit, qq vis rupto p̃cario nullum titulum rei dominij concedens heat ab accipiente;
pectivẽ tamen ad possessionez procul dubio het ab illo nudaz caz, et titulum traditionis qui
sufficiens ẽ ad inducendaz accessionez possessionis. Stat ergo optime, qd revocato p̃cario, ...
concedens accessione medij temporis, quo res p̃caria extitit penes accipientez.

22 Instat superior doctrina, et ostendit inter p̃statibuz possessionez defendere interruptionez usucapionis

Sed licet hec subtilia quidez, et parit verissima sint, impla cabili ...
se offert difficultas, quae videtur demonstrare, et p̃fecto demonstrare videt accessionez possessionis
int. dantez, et accipientez rupto p̃cario locuz here n̄ posse. Quaz ita excogitavi, et efformo: n̄ de
accessio possessionis, qn interrupta ẽ usucapio leg. qui cuz ꝑ herede 6 §. 1 ff. ꝑ emptor. leg. quia
32 §. 1 ff. de servit. urban. leg. Pomponius 13 §. quesitum 4 ff. h. tit. leg. penult. §. 1 ff. de
ers. et temp. p̃script. Cuiac. ad d. leg. Pomponius 13 §. si liber homo 3. Prec. ... in
opusc. ad tit. singul. quest. ... ad leg. de accessionibus 14 ff. de divers. et temp. p̃
ad §. plane 1. n. 4 et 5; sed usucapio interrumpitur amissa possessione, ut constat ex ...
relatis iuribus, et ex leg. usucapio 3 leg. si ni possessione 25 ff. de usucap. qo amissa p
ssione ab usucapiente interrumpit usucapio, et n̄ p̃cedit accessio. Tunc sic sed ...

precarij possessionis amittit atque dantis possessio, et transfert in accipientem leg. in rebus 4 § ta et ult. leg. certe 6 § fin. leg. et hoc 15 § eum qui A leg. qui precario 17 cum alijs supra relatis ff. de precario. ergo facta concessione precarij possessionis, interrumpitur usucapio, et locum nequit dari accessio possessionis. Huic tamen obstaculo, subtiliter remus, quod licet de iure prima iuris interrupta quidem videatur usucapio precario dantis propter amissionem possessionis, et vel eo maxime quia sponte a se possessionem abjecit, et in accipientem transmisit, sciens nec se posse usucapere ex defectu possessionis nec alterum ex defectu tituli, et cogitationis, seu affectu dominij. His tamen fundamentis non obstantibus longe verius est usucapionem coeptam a precario dante non interrumpi, sed immo suspensam manere durante precario, ex potestate saltem illius possessionis interpretativae, quod hic ex traditis adducitur supra a n. 13 cum sequentibus. Cum tametsi non sufficiat ad prosequendam usucapionem tempore manentis precarij ob rationes ex plus repetitas, attamen potens est ad impediendam interruptionem usucapionis. Item quia haec interpretativa possessio in favorem precario dantis adinventa, inutilis certe et supervacanea foret, si ad hoc non deserviret: quippe ut patet nullum alium effectum sortiri potest. Deinde quia ille animus precario dantis non discedendi in perpetuum a possessione, sed retinendi ipsam possessionem in casum revocationis precarij ex quo efficitur interpretativa possessio d. leg. et hoc 15 § eum qui A ff. de precario, ut possit saltem aliquo precario danti proficere; iam quod nequeat medio tempore usucapionem perficere, debet tamen sufficere ad retinendum lapsum usucapionis, quae suspensa, postea revocato precario, statim quasi numquam impedita procedit, et interrupta nullo tempore posset perficere. Labenti igitur usucapioni iam labentem sistit interpretativa possessio, et figit clavo, ne cadat. Quare usucapionis cursus licet medio tempore sistatur non fuit quidem interruptus, nec cecidit, sed immo suspensus stetit: propterea quae sublato impedimento precarij, quod obsistebat usucapioni, illius iam cursum prosequitur expeditus, sicut rota clavo detenta, dempto clavo, libere in cursu procedit. Unde divictis temporibus, quo res fuit a rogato possessa ante precarium, et quo eo manente fuit veri et stricti ab accipiente quoque possessa usucapio medio tempore certe impedita, quasi numquam suspensa expedite prosequitur. Potest igitur rogatus extincto precario uti accessione possessionis ex persona rogantis: quia virtute possessionis interpretativae non fuit interrupta usucapio.

23 Veri et interpretativae possessionis dantis simultaneus decursus

Ex hisce tam longe petitis perspicue et evidenter apparet precario dantem virtute interpretativae possessionis, quam medio tempore habet, rupto precario statim usucapionem adimplere iunctis duobus temporibus, et utriusque possessionis accessione facta. Nec tamen obstat, concursum simultaneum possessionis medio tempore dari, quem prima iuris manifeste respuunt leg. possideri 3 § ex contrario 5 ff. h. tit. leg. sicut certo 5 § ult. ff. commodati leg. duo 19 ff. de precario. Possident enim simul et in solidum rogatus, et rogans, hic vere et naturaliter, ille autem ficte, et interpretative. Cum obstat supra n. 14 hic iterum proposita: etenim diximus, quod licet duo in solidum vere et naturaliter, eodem genere possessionis simul nequeant possidere (in quo et ipsi iuris

Deo'kres

obiloves convenerunt) nec etiam diverso genere possessionis cum nam cum que possessio sit vera et naturalis (in quo articulo Trebatium merito Labeo reprehendit l. leg. possideri 3 §. ex contrario) ne cum possessio sit detentio, non magis apud duos in solidum potest esse possessio, quam ut tu stare, aut sedere videaris in loco, in quo ego naturaliter sto, aut sedeo, ut eleganter aiebat Paulus in d. §. ex contrario 5. Qui enim rem naturaliter tenet, eam totam complectit, et locum alteri non relinquit. Unde festive iocatur Martialis lib. 5 epigram. 39 ibi: uno credis equo posse sedere duos. Nam certe naturalis corporum penetratio foret, cui natura resistit, et simultaneus concursus possessionis locum habere posset. Non ergo uterque iuste, sive iniuste, sive uno iuste, et alius iniuste possideat, sequitur utrumque simul in solidum possidere: occupatio namque ab uno naturaliter perventa alteri aditum simultanei concursum ianuam aperte claudit, et adhibitum penitus intercludit, docent reiectis aliis ex antiquioribus ad d. leg. possideri 3 §. ex contrario 5, et Vaconio lib. 2 declarat. cap. 35 Cuiacius ad d. §. ex contrario 5, et lib. 9 observ. cap. 32 Donel. lib. 5 comment. cap. 6, et lib. 15 cap. 32 ubi Osualdus lit. X Anton Faber in rationalibus ad d. leg. si ut certo 5 §. ult. ff. commodati Duarenus et Gifanius ad §. ex contrario 5. d. Pedrus de Velasco in convert. Sabini, et Proculi cap. 11, et alii plures relati ab eodem lib. 4 cap. 10 n. 1, et ab Osualdo. ubi nuper ex egregiis antecessoribus docent [illegible] lib. 1 illustr. tractat. 2 de adquir. possession. cap. 11 per tot. et cap. 1. n. 7 cap. 2 n. 4 et 11, et cap. n. 14 cum sequentib. Richard. in prio inst. de interdictis n. 44. Illustrissim. Ramos in tract. de adh. lit. cap. 2. à n. 9 et Franc. Peters in eodem tract. cap. 2 à n. 49 et plures alii. Verum tamen quis hic simultaneus concursus possessionis respectu verae, et naturalis possessionis, iuste, vel iniuste merito ex dictis impossibilis reputetur; inter veram tamen naturalem possessionem, et interpretativam possessionem, et civilem quidem, non adeo difformis est talis concursus. Potest siquidem alius vere, et naturaliter in solidum sibi detinere, et simul alius interpretativi eandem rem in solidum possidere: quippe sent in [illegible] casu in dubium, quod simultaneum concursum impediebat. Plane interpretativa possessio non [illegible] suum esse a naturali facto, ut ceterae possessiones, sed a iuris intellectu tota producitur, et illius tum spiritu procreatur, et ob id subtilis, et incorporea in lucem additur; quare sicuti incorporeis tamquam subtilis potest materialia corpora penetrare, et eundem cum illis locum occupare; pariter interpretativa possessio ab illo producta ob nimiam suam subtilitatem potest veram et naturalem possessionem penetrare, et simul cum ea in solidum concurrere. Nil ergo mirum, quod manente [illegible] rogatus et rogans in solidum simul possideant; quoniam hic vere et naturaliter, ille autem interpretativi possidet. Pluribus exornat Salvanus de usufructu cap. 34. n. ult. quem obsecro [illegible] atti, quae temporis angustiae omnia propemodum non ponuntur.

2 et ult. Praecarius possessor vere, stricte, et civiliter sibi possidet

Iam vero postquam hucusque satis secure demonstravimus, possessionem praecarii veram possessionem esse, superest ut comperiamus pro coronide huius capitis, an illa praecarii possessio sit civilis, vel naturalis tantum. Cuiac. lib. 9 observ. cap. 33, et in recitat. ad text. in leg. possideri 3 §. ex contrario 5 ff. h. tit. et Salvan. de usufruct. cap. 33. n. 12 duobus moti fundamentis

eni[illegible]

enixe defendunt, precariam possessionem non civilem, sed duntaxat naturalem esse. Haec autem sunt illorum fundamenta: ad constituendam civilem possessionem requiritur possessio iure dominij, aut saltem opinio, et affectus dominij ut docuit Theophilus ad tit. Inst. de libertin. cui consentit Anton. Faber in ratiad textum in leg. in hac actione 3. §. ult. ff. ad exhibend.; sed precario rogans hoc iure, et affectu profecto caret; ergo precario rogans non habet civilem possessionem. Caeterum hoc fundamento non obstante, si nostro proprio iudicio tribuendum, facile credimus, precariam possessionem veram et proprie civilem possessionem esse. Quod nisi falor, certissimum, et aprime verum ostendam: ea enim vere civilis possessio, quae proprie continetur sub definitione civilis possessionis; ac tradita definitio civilis possessionis (quae sic se habet, possessio est detentio rei sibi) proprissime convenit precariae possessioni, quoniam precarius possessor vere rem sibi detinet; ergo precaria possessio vere et proprie civilis possessio est, quia in illa concurrunt omnia essentialia requisita civilis possessionis. Nec offendunt fundamenta oppositae sententiae; etenim magnam differentiam agnoscimus, et assignamus (ut fecimus supra n. 11) inter possessionem in se ipsa consideratam, et inter eam, quae ordinatur ad causam dominij. Possessio enim in se considerata independenter a causa dominij ad sui essentiam tantum exigit animum sibi detinendi, alia vero affectum dominij necessario requirit. sed ad hoc, ut saluet, aliquam possessionem civilem esse, sufficit, quod in se ipsa considerata independenter ab alijs respectibus contineatur sub definitione civilis possessionis; si ergo precaria possessio in se considerata comprehendit essentialiter sub definitione civilis possessionis, sequitur manifeste, precariam possessionem veram, strictam, et civilem possessionem esse. Suam denique hoc ipsum ab inconvenienti expresse probat: namque si ius dominij, aut saltem affectus dominij simpliciter necessaria forent ad constituendam civilem possessionem, illud sequeretur, nempe nullum praeter dominum, et bonae fidei possessorem sensura iuris civilem possessionem habere, at hoc esset quidem absurdum; ne igitur sequatur hoc inconveniens, asserendum est precariam possessionem veram, strictam, et civilem possessionem esse. Tandem sunt plures alij, qui vere, et stricte sibi possident, ut creditor, sequester, et alij, sed quoniam tempus omnia percurrere non sinit consulendi sunt Salvanus d. cap. 33 n. 7, Valent. lib. 1. illustr. tract. 2. cap. 11, Donel. lib. 5 comment. cap. 13, ubi Osualt. lit. E Duaren. lib. 3 de sacris ecclesiae minist. cap. 10 Oroz lib. 4 de apicib. iur. cap. 3, ubi plures refert.

Caput 3.m

De modis adquirendae et retinendae possessionis.

1 acquirendae possessionis modi alij sunt naturales, alij vero civiles.

Possessionem strictam, quam diximus illam definientes, esse detentionem rei sibi animo, et simul corpore necessario indigere, ut adquiri valeat, testantur Iurisconsulti in

leg.

leg. 19. perioris 3 leg. possideri 3 §. 1 cum duob. sequent. leg. quemadmodum 8 leg. cum hæredes cum alijs h. tit. leg. fere 153 ff. de reg. iur. Paulus lib. 5 sent. tit. 2 de usucap. § 1. Corpore quidem habet possessio, quoniam est detentio; animo vero indiget, quoniam non simplex detentio, sed detentio sibi, idest cum animo sibi possidendi; verumtamen licet sine corpore, et animo nulla possit acquiri possessio attamen pro diversitate rerum, quæ possideri valent, diversi quoque ad quirendæ possessionis modi adinventi fuere; tamen alij sunt res, quæ ad hac post ius civile ex iure gentium acquiruntur, alij autem, quarum acquisitio tota ex iure civili mensuratur: propterea quoque alij sunt modi naturales adquirendæ possessionis, alij vero civiles. in rebus enim, in quibus semper ex iure gentium profluit acquisitio, vere et naturaliter debet acquiri possessio: ita ut corpori possidendo, corpus possidere volentis manum vel pede, adhibita differentia rerum mobilium, et immobilium, animo concurrente vere et naturaliter adiungat. ex quo certe resultat vera, et naturalis possessio; nam quoque ad adquirendam possessionem hæc tria simul conspirant, corpus possidens, animus intelligens, et volens possessionem, corpusque possessum, ibi vera, et naturalis emergit possessio. Contingit hoc in rebus, quæ cum in nullius antea bonis essent, primo occupanti concedunt: ad quarum dominium et possessionem debet prius apprehensio concurrere cum inventione et animo textus in leg. 1. §. 1. ff. h. tit. leg. 19. ult. leg. quod enim. 3 ff. de adquir. rer. domin. leg. item 3 leg. in tantum 6 leg. Aristo 10 ff. de rer. divis. §. feræ igitur 12 et §. insula 22 instit. eodem tit. Nec sufficit quidem occupatio prius, aut pactio symbolica: nam cum nullus præcedat titulus voluntate domini ad illarum dominium et possessionem, itaque cum in nullius dominio antea erant, nisi vera interveniat apprehensio, a nemine acquiri, aut possideri valent, quæ sine occupatore, et sic in nullius bonis adhuc manent. Quare inventioni, et apprehensionis titulus merito industriæ dominium appellatur a Quintiliano declamat. 13, non sequuta igitur apprehensione deficit occupatio, et consequenter titulus ad dominij et possessionis adquisitionem. Propterea quoque Caius in leg. naturalem 5 § 1. ff. de acquirend. rer. domin. et Iustin. in §. illud 13 instit. de rer. divis. docent, vivum non sufficere, vulnus quod magis est, actum naturalem prosequutionis, ut dominium et possessio in his rebus acquiratur, sed insuper occupationem prius desiderari, quia multa accidere possunt, ut eas non capiamus: unde alij Leporibus: alij leporem exitati apud Petronium, et Ovidium lib. 5 Methamorphor. et lepus tricatus exagitatus erit Docent Cuiac. lib. 11 observ. cap. 28 Donel. lib. 4 Coment. cap. 8 cum duob. sequent. et ibi Osuald. Duaren. et Hilliger ad leg. 19 1. h. nro tit. Madera lib. singulari animadvers. iuris cap. 27 Anton. Gomes ad leg. 45 tauri n. 32 cum duob. sequent. Valentia lib. 1. illustri. tract. de adquir. possess. cap. 2 n. 27 et 28 et cap. 3 n. 12 otros plures referens lib. 4. de optib. iur. cap.

Hinc descendit facili decidenda celebris illa antiqua iuris cultorum contentio

2 modi naturales acquirendæ possessionis

de fera vulnerata: in qua reiecta sententia Trebatij, non vulneris inflictionem feræ, nec illius prosecutionem, sed ipsius apprehensionem et occupationem possessionem inducere respondet Caius in d. leg. naturalem 5 § 1. de adquir. rer. dom., quem sequitur Iustinian. in d. §. illud 13 instit. de rer. divis. et constat nostra lex regia 1a tit. 28 part. 3. licet contrariam sententiam Trebatij

Appr

apprehenderet lex 12 lib. 4 tit. 3 fori, quæ fuit postea correcta per dictam leg. 20 partitæ, docet Anton. Gomez ad d. leg. 45 tauri n. 46 et 47, et Gregor. Lopez ad d. leg. 20; qui tamen asserit aliquibus in locis observari sententiam Trebatij et d. lex 12 fori, cui quoque subscribit Vinnius in d. § feram igitur 12 inst. de rer. divis. n. ult. in fin. Ex hac etiam doctrina venit intelligendus textus in leg. in laqueum 55 ff. de adquir. rer. dom. ubi agens Proculus in abstrusa et molesta satis specie de apro, qui incidit in laqueum ad id destinatum (quod frequens erat, ut constat ex leg. qui foveas 28 leg. quemadmodum 29 ff. ad legem Aquiliam) post multas distinctiones, et subdistinctiones, non decidit quidem, cuius sit aper, an eius, qui in laqueo apprehendit, an illius, qui laqueum apposuit; ut recte observavit Cujacius in d. leg. 55; qui censet, ante apprehensionem non fieri eius, qui retia tetendit, quoniam deficit apprehensio et occupatio d. leg. naturalem § 1. d. § illud 18; et præterea deest etiam adquirendi voluntas, cum ignoret, aprum in laqueum incidisse. Aliter alij distinguunt, ut patet ex Othomano, et Balduino ad d. § feram igitur 12, quod sentit Grotius de iure belli lib. 2 cap. 8. existimarem tamen ex omnibus distinctionibus, illam rationi iuris magis consentaneam, et aptiorem esse ad Proculi mentem exponendam, quam indicat ipse Proculus: videlicet, quod vel ita securi aper laqueo inhærebat, ut ab eo se expedire non posset; aut diutius luctando ab illo se expediturus fuerit; in hoc enim casu apprehendentis quidem erit, quia non dat apprehensio ex parte illius, qui laqueum apposuit; in illo autem aper procul dubio illius erit, qui retia tetendit, quoniam apprehendit certe, et occupavit eodem modo, ac si aprum manu cepisset. Quid enim interest aprum in laqueo comprehensum, an in vivariis inclusum habere? Nihil utique. Deinde adest certe adquirendi voluntas: ad quod enim alius laqueum disposuit, nisi ut aprum caperet? ex quibus principijs infert à Pragmaticis interpretatio statuti punientis, apprehensum, aut inventum cum armis, vestibus, gemmis defferri, aut portari vetitis, in quo non satis erit visus, sed insuper necessaria erit apprehensio. Ut si in hac salmantina civitate contra statutum supremi Castellæ Senatus recens editum, pallium, seu penulam, et pileum venatorium, sole adhuc affulgente, aliquis portaverit, non incurrit utique pœnas à Regio supremo Senatu statutas, quin cum hac veste visus, non fuerit apprehensus: docent Anton. Gomez ad leg. 45 tauri n. 48 et sequenti Solorzano de iure indiar. lib. 2 cap. 6 n. 18 Bovadilla lib. 4 politicæ cap. 5 n. 12 aliter Cuiac. lib. 11 observ. cap. 38.

3

Retentio possessionis acquisitæ per modos naturales

Quemadmodum in rebus nullius ad adquirendam illarum possessionem exiure gentium vera apprehensio, et naturalis occupatio desiderat, sic pariter ad earum possessionem retinendam corporalis detentio requiritur. Durat enim naturalis possessio in illis acquisita, quatenus vere et naturaliter retinetur: sane solus animus, licet alias habilis ad retinendam possessionem, ad huius retentionem certe non sufficit: quia in acquirendo, et retinendo tota ex facto dependet. Simul igitur atque prædictæ res custodiam nostram evaserint, desinunt à nobis possideri, et nostræ esse leg. quidenim. 3 § ult. leg. adeo 1 in princ. ff. de adquir. rer. dom. leg. possideri 3 § item feras 14 cum sequent. ff. h. tit. § feram igitur 12 inst. de rer. divis. leg. 17 cum sequent. tit. 28 part. 3. Seneca de vita beata cap. 24 ibi: feras cum labore, et periculo venemur, et captarum quoque illarum solicita possessio est. Cuiac. lib. 4 observ. cap. 2 Donel. lib. 4 comment. cap. 8 ubi Otualdo. lit. C

Sitan.

25

Sifanius ad d. §. item feras 14 Cobar. lib. 3 var. cap. 5 n. 6. Menchaca lib. 2 illustr. cap. 57 n. 21 Valenzuela lib. 1 illustr. tract. 2 cap. 4. Verum tamen in etiam aliquarum rerum nullius, quarum possessio et acquisitio ex iure quoque gentium naturali, occupationis factis interueniente dimanat, sed adquisita semel, solo animo retinetur: veluti possessio insularum, quas mare ambigit, lapillorum, gemmarum, cui rei nudi more iugi, et perpetua custodia inhaerere non tenemur d. leg. possideri 3 §. Neratius 3 et §. generaliter 21 ff. h. tit. leg. 2 ff. pro suo, quod iuris ratio exco perfluit, ut existimat Franc. Oteres in academicis ad h. tit. cap. 2 n. 11, quia illarum rerum dominium, nec verum, nec perfectum est, sed temporarium, ideoque nec mancipi, id est imperfectum, olim dicebat teste Ulpian. in fragment. tit. 19 §. 1. et Theophilo in §. per traditionem 40 inst. de rer. divis. et principio de usucap.; istarum autem dominium, quamvis ab occupatione quoque incipiat, semel tamen acquisitum verum, et perfectum est. Unde cum idem sit in illis dominium, ac possessio continua, iugi que est opus custodia; in his vero ratione perfecti dominij, et separati a possessione sufficit cum interueniente animo ad retinendam possessionem. Sed licet hic explicandi modus sit oppido elegans, maiores longe excitat difficultates, quare venia tanti praeceptoris credere facilius rem ita expediri posse: videlicet, quod ideo in illis rebus naturalis detentio ad retentionem possessionis naturaliter, quia tamdiu in illis manet dominium et possessio, quamdiu illarum libertas durat durat animus, ut constat ex passim ex iuribus supra relatis cum que pristinam libertatem recuperent, simul atque potestatem nostram evaserint, coniunctae ut animi custodia, statim dominium et possessio illarum amittatur. In his autem ob id solo animo retinetur possessio, quia in dominio nostro manent donec ab alijs occupentur.

4 Modi civiles acquirendae possessionis

Iure civili Romanorum, diuersis que aliarum Provinciarum constitutionibus, multi diuersi que modi adinuenti fuere ad possessionem facilius adquirendam. Quos omnes (quod vulgariter dici solet, iam dominus fieri) ad breve compendium redigam et conciso stylo perstringam. Solet aliquando a iure civili induci possessio, in qua supplet corpus, et animus simul, aut saltem animus possidentis utilitatis gratia, ut accidit quando servus hereditarius, vel servus infantis, aut furiosi ex causa peculiari possessionem acquirit leg. 1. §. item acquirimus 5 ff. h. tit. leg. qui a servo 16 ff. de usurp. et action. (de cuius expositione videndi sunt Cuiac. ibi inrecitat. et lib. 13 ff. Iulian. Vazquez lib. 1 var. cap. 29 et Franc. Oteres plures referens lib. 1 opusc. cap. 13) quae civilis possessio ficta, et praetatiua quidem est Caluan. de usufruct. cap. 33 n. ult. in principio. Aliquando inducit civilis possessio interueniente naturali apprehensione parte duntaxat, et adhibito supplemento, tradendi causa residuae ioris partis. Videlicet cum quis vult fundi possessionem apprehendere, is enim non indiget omnes fundi glebas circumambulare, quia sufficit quod pedem in fundo inferat leg. possideri 3 §. 1. ff. h. tit. tamen, fundum cuius possessionem addipisci desiderat, unicum et continuum sit: secus vero in diuersis, separatis fundis, aut in alijs rebus destinatis, item in universalibus ex diuersis corporibus constantibus vel ut in hereditate. Non enim satis est apprehendere possessionem unius rei hereditariae ad ceterarum acquisitionem, text. in leg. 1. §. veteres 16 leg. qui absenti 38 §. ult. et leg. fodia 48 ff. h. tit.; neque in rebus diuersis nequit fieri extensio possessionis de parte apprehensa ad reliquas nisi quae homine cum nulla inter illas adsit affinitas Anton. Gomez ad leg. 45 Tauri ex n. 36 usque ad 40 Oteres ad h. tit. cap. 2 Gifanius ad d. leg. 3 h. tit. Oswald. lib. 5 Donel. cap. 9. lit. A. Neque offendit

Ob

Text. in leg. restituta 37 ff. ad Senat. Cons. Trebel. ubi facta restitutione alicuius rei hereditariæ tota hereditas restituta censet, illud namque intelligendum est rerum illorum, quæ in iure consistunt, qua sunt dominium et actiones, quæ facta restitutione, ipso iure transeunt in fidei comissarium Cuiac. lib. 18 obser. cap. 11 Anton. Fab. decad. 65 errore 10 et decade 2a errore 9 et 10, non vero respectu possessionis, quæ cum posse in facto consistat in re duntaxat apprehensa, acquirit sine extensione ad alias Anton. Gomes ubi super. n. 39 Molin. de iust. et iur. disp. 285.

fictio longæ manus ad acquirendam possession.

Acquiritur deinde possessio per visum, hoc est, per oculorum immissionem, vel per depositionem rei, cum scilicet venditor rem venditam emptori demonstrat, et se illius vacuam possessionem ei tradere dicit. vel cum emptor iubet venditorem rem emptam in sua domo deponere, aut procuratori suo tradere leg. 1. §. si iusserim 21. leg. quod meo nomine 18 §. si venditorem 2 leg. quarundam 51. ff. h. tit. Vel cum debitor rem venditam in conspectu creditoris iussu illius deponit leg. pecuniam 79 ff. de solut. Donel. lib. 5 comment. cap. 10 Duaren. et Gisan. ad prædicta iura Ant. Gomes ad leg. 45 taur. n. 45. Quæ possessio civilis, et instantanea est, et dicitur acquiri per fictionem longæ manus, id est, prolongata manu, quasi ad ipsam apprehendendam manum extendat. et similiter contingit in pluribus aliis speciebus hinc facile exponentur relati in leg. donationes 31. §. species leg. si pater 34 §. 1. ff. de donat. leg. qui statu liber 41 leg. ult. de mort. causa donat. leg. si ego 9 §. ult. vers. et non puto ff. de iure dotium leg. falsus 43 §. si qui 2 ff. de furt. docent Valent. lib. 1. illustr. tract. 2 de acquir. possess. cap. 14 Ornald. lib. 5 don. cap. 10 tit. 6 Cuiac. lib. 12 respons. Papinian. ad leg. donationes 31 §. species Gisanius ad d. leg. 1. §. si iusserim 21. et ad d. leg. quod meo nomine 18 §. si quando venditorem 2 ff. h. tit. Anton. Gomes ad leg. 45 tauri n. 45 Salvan. de usufruct. cap. 33 n. ult. paulo post princ. Merilus lib. 3 variant. ex Cuiac. cap. 36 Treitler. alios referens disp. 21 de acquir. possessione thesi 4.

fictio brevis manus ad possessionis acquisitionem.

Adducit quoque alia civilis ficta possessio sine apprehensione naturali, quæ inuracher occultatur. velut si cum rem meam tibi commodatam, aut penes te depositam, tibi vendiderim, vel mutuo dederim, tunc enim mutata possessionis causa, illico in commodatarium, aut depositarium transfertur possessio, quæ dicitur brevis manus; quæ suggilat, subripit, et occultat inuracher, scilicet tradendi rem domino, a quo rursus accipienda erat leg. nihil autem 3 §. 1 ff. de public. leg. certi condictio 9 §. ult. leg. singularia 15 ff. de reb. credit. leg. si rem 62 ff. de evict. leg. hæc ratio 3. §. ult. ff. de donat. inter leg. quæ ratio 9 §. interdum 5 leg. si servus 21 §. 1. ff. de acquir. rer. dom. §. interdum 44 instit. de rer. divis. leg. 46. tit. 2 part. 3 Valent. d. lib. 1. illustr. tract. 2 cap. 14 Cuiac. lib. 4 observ. cap. 3 Anton. Fab. decade 75 errore 4 cum duobus sequent. Salvan. dict. cap. 33 n. ult. Anton. Gomes leg. 45 taur. n. 69 et 70; sed in eo differt hæc ficta, et instantanea possessio fictionis brevis manus ab antecedenti possessione longæ manus quod in illa rei presentia desiderat, in ista autem penitus requiritur. Cuius discriminis ratio ex eo venit quia hæc iposse rei in depositarii, vel commodatarii detentione, seu lata possessione ex domini voluntate manebat, quæ accidente novo titulo ex domini voluntate facilius in possessionem strictam mutari potest d. leg. certi conditio 9 §. 2 ff. de reb. credit. in superiori autem specie possessionis longæ manus nulla processerat domini voluntate detentio, nec lata possessio, quare ad veram strictam possessionem acquirendam rei presentia necessaria est docent interpretes nuper relati. Itaque si in

casu

casu possessionis, quo transfertur fictione breuis manus possessio citra domini voluntatem penes aliquem residet, ut ille ex domini voluntate per fictionem breuis manus possessor dicti fuat; rei quoque praesentia exigitur naria, textu ita intelligendus in leg. etiam rei 47 ff. de rei vind. ut pluribus relatis tradit dominus Valentia d. cap. 14 n. 7. sed tamen animaduertendum est, quod haec fictio breuis manus, quia tantum ex aequitate introducta, prisciniis illis temporibus ad similes casus extendi non potuit. Unde facile descendit explicatio textus in leg. qui negotia § 4 ff. mandati; ubi in casibus de posita pecunia, et delegatione facta a creditore mutuum per fictionem breuis manus dominus appellat Africanus; in aliis tamen duobus casibus lancis venditae, ut pecunia ex illa redacta mutua fieret, et pecuniae exactae a procuratore qui illam mutuo rogauerat, mutuum negat celebrari: namque Africanus tanquam iuris constituti tenacissimus, et religiosissimus obseruator fictionem breuis manus in superioribus casibus ex aequitate inductam ad similes facile porrigi non permisit. eamque extensionem ab Africano tanquam iuris rigore denegatam, facile postea admisit Ulpianus in d. leg. singularia 15 ff. de reb. credit. vel quia longe aequitatis amator, vel ut recepti iuris minus tenax, et religiosus, stata manu sequuntur Saluan. d. cap. 33 n. ult. Morla in emporio iur. ad tit. de reb. credit. quaest. 6. n. 2 et 3. Jacobus ... lib. 2 membranar. ... Petrus plures referens lib. 2 opusc. sect. 1 cap. 1 n. 6.

7
simbola ad acquirendam possessionem

Deinde acquiritur possessio per simbola titulo habili praecedente: veluti si facta venditione horrei, domus, claues traditae fuerint leg. clauibus 74 ff. de contrah. empt. leg. 1 § si iusserim. 21. ff. h. t. leg. quarundam § item si quis merces 6 ff. de acquir. rer. dom. si tamen titulus habilis non praecedat, sed clauium traditio custodiam duntaxat committit leg. cum pater 77 § pater 21 ff. de legat. 2 quare quod aut clauium traditionem haeredis institutio apud aliquos facta non intelligebat, ut referunt ... lib. 7 cap. 9 Iustinus lib. 12 historiae Fornerius lib. 1 selectar. cap. 3. Docet Anton. Faber de ead... re 1, 6, et 7 Anton. Gomes ad d. leg. 45 taur. n. 60 et 61, inducit etiam interpretatiua possessio, si ... de titulo, et domini voluntate custodem qui rei apposuerit leg. quarundam 51 ff. h. tit. Anton. Gomes ad d. leg. 45 tauri n. 75. idem si impresso sigillo aliquis rem signauerit leg. quod si nec 14 ff. de peric. et comod. rei vend. dummodo tamen animo acquirendae possessionis signum imprimeretur. si eo animo, ne fraus committeretur leg. 1 § si dolium 2 ff. dict. tit. Anton. Faber in ... praedicta iura Anton. Gomes ubi supra n. 77. et de hac ultima specie sigilli ad euitandam summissionem accipiendi est textus in leg. 1 § si cista 41. leg. si sacculum 29 ff. depositi, et in leg. si soluturus ... de solut. per traditionem quoque instrumenti, seu scripturae venditionis, donationis maioratus vel fundationis censetur translata possessio in fro. receptissima leg. 1. cod. de donat. leg. 8 30 part. 3 leg. 2 tit. 12 lib. 3 fori leg. 17 et 44 tauri leg. 1. tit. 6 leg. 4. tit. 7 lib. 5 ... recopilationis. Anton. Gomes ad d. leg. 45 tauri ex n. 56 ad 60 Cabal. lib. 3 var. cap. 11 Valensuel. concil. 23 n. 10.

6
plura alia media acquirendae possessionis interpretatiue

Colligitur deinde interpretatiua possessio ex voluntate possessoris explicata ... facto, quod repugnat propriae possessioni, eam quae deperditam et simul in alium translatam demonstrat: vel ut si si dominus, qui rem suam, quam possidebat, alicui donare volens, hoc illi nominatim inciat, ...

Cum haec ita in fructibus decideret, quaerit de partubus; an stipulatori debeantur propter praedictam stipulationem. et quod pauci animaduerterunt (immò nullus quos viderim) in primo ponit duplicem dubitandi rationem: 1.o, siuè consideremus factum tradendae possessionis, quod venit in 2am clausulam; vacuam possessionem tradi: siuè effectum transferendi dominium, quod venit in 1am rem dari; partus non possunt contineri, quia nec fructus continentur, ut dixi. 2.a est si emptor novandi animo à venditore stipuletur vacuam possessionem, factum tradendi tantum stipulari intelligitur, id est rem traddere, et usucapiendi conditionem, non vero dominij translationem, quia illa stipulatio refertur ad contractum emptionis, ex quo non venit translatio dominij, unde non est verisimile venditorem plus per stipulationem promisisse, quam iudicio empti praestare compelleretur, semper enim stipulatio sumitur à causa, quae praecessit. argumento ex lege. stipulationum 5. versiculo conventionales. de V. O. unde fluit regula stipulationem referri ad conditionem contractus quae praecessit, ut docet Bald. in dicta lege 4. ne plus debet esse in stipulatione novante, quam in contractu novato videtur haec propositio contraria traui in lege. 3. § 1. de act. emp. ubi docet Iulianus fructus venire in actione ex empto, quamuis non veniant in actione ex stipulatu vacuam possessionem tradi. Et sanè si de fructibus intelligendus esset Iurisconsultus in hoc argumento falsum omninò doceret, et eius verbis duinci posset, quia si non venit plus, saltem tantum venire debet, sed veniunt fructus in actione ex empto, ergo et in actione ex stipulatu debebant comprehendi. Nulla tamen est ratio cur existimemus illum de fructibus loquutum fuisse, in versiculo verum - tantum enim id agit ut resumat eandem instantiam de effectu rem tradendi, ut docet, nihil plus operari, quam quod petit conditio contractus praecedentis, ut sic excludat stipulationem vacuae possessionis, etiam interposita super contractu emptionis minus contineri, quam stipulationem rem dari, ut à fortiori etiam excludat in illa fructus non venire. Caeterum his non obstantibus in versiculo sed tamen. idem decidit in partubus, ac in fruc-

in fructib., et ppter eand. raões, nempè ppter inferiora vba stipulationis, quae adiuncta pcedentib. augent volunt. contrahentium, et oes caus. cophendunt, pinde ac si res pmissa statim tradita fuisset stipulatori, qui in casu certum est fructus, et partum ad eum spectare debere: quamvis n. partus in fructu n sit, nec spectet ad eum qui solos fructus ferre pst. d. §. in pecudum. inst. de rer. diu. etiam in emolumento, et oimoda caa rei, et ptinet ad eum adque spectat oe emolumentum. l. 8. l. 14. de Usuris. l. 5. de acq. rer. Dominio.

10. Inquit a. Pap. fructus partus qs. una cum re principali petendos ce act. ex stipulatu, sive incerti condict. quod idest; quia ubi crescit rei quantitas ppter accesiones, n e certa stipulao, nec condict. certi ex stipul. agi pst. certum e qd statim apparet, qd quale quantumque sit: veluti si pmittitur decem, l. fundus tot iugerum simpliciter. tunc agitur condict. certi; quia stipulao crescere n pst, nec veniunt Usurae, aut fructus n pmissi, ut dictum manet. Incertum e p contrarium, qd n apparet statim, qd quale, quantumque sit, sed liquidat. opus e, veluti cum res cum fructib., accesionib., et oi caa petitur, quae liquidanda, et verificanda e: tunc competit actio ex stipulatu incerta. l. stipulaonum. 14. §. 5. cum l. segti. de V.O. ut dixi ad finem 1.i tractus. ex quo facile intelligitur cum Pap. appellaverit incertam hanc stipulaonem.

11. Nota quod decisio Papin. pendet ex volunt. contrahentium, quae colligit ex reduplicaoe stipulaonis, rem dari, et vacuam posessione tradi: cum n. stipulao vacuae possessionis contineatur sub stipulaoe dandi, quia dare e plus, scilicet dnium transferre, et posessionem, qd plerumque accidit, quia dnia rerum à posessione incipiunt. l. 1. de acq. poss. n erat necesse adijcere eam clausulam, ut dicitur in d. l. 3. §. 1. quod qui adijcitur aliqd adijcere voluisse censendus e, qd n distinetur in singulis clausulis; nam vba debent aliqd operari, nec supervacue adijci intelliguntur. l. siquidem. 109. de legatis 1. adeo quod ut impropriari debeat ad aliqd operandum eum vulgare ploquium, qd illustrat Barb. de axiom. 222. n. 11. Undè ut de empt. agamus, p necessarium consequentiam infero, si emptor à venditore stipulatus fuisse rem dari. et simul vacuam posessionem tradi: in hanc stipulaonem venire fructus à tpore contractus ppter inferiora vba stipulationis, et coniecturatam mentem contrahentium, ideo quod Pomp. in d. l. 3. §. 1. negavit fructus venire, quia sola pposita fuit clausula, vacuam posessionem tradi; quinimo et arguendo negavit venire in clausulam rem dari sola, et perse consideratam. Pap. v. in d. l. 4. ppter conventionem utriusque clausulae venire fructus, et partum afirmavit non ex natura stipulationis, quae fructus non affert, sed ex presumpta voluntate contrahentium. Haec autem diversa ratione contraria.

Inde,

12. Indè facilè exponitr tx in d. lg. 4. §. 1. ubi qrit Pap.s qd dicendu, si post d.a ctu emptionu, et ante interpositu stipulaou par tus editus sit, aut fructus percepti sit, aut aliqd rei accessit, qd ad eius causu emolumentuq pertineat? respondent qd illud n venire in stipulaou, q.a iu erat separatu à re, q.e stipulao celebrata fuit, sed act.e exempto peti posse, q.a qd in stipulaou n transfertr ex illa act.e exigitr. d. lg. 3. §. 1. in fin. hic è, cu primu incipit Pap.s tractare de ista stipulaoe apposita d.i ctui emptionis, et venditionis, et in eo qd ponit fructus perceptos ante interpositu stipulaou n venire in eu, supponit p coens venire pendentes tpore d.i ctu, et posteà, idè pceptos post eu, qd videtr d.rio sententie Pap.i in d. lg. 3. §. 1. sd n è certè; q.a ut dixi Pomp.s ibi disputat de utraqs simul clausula, Pap.s autu disputat de ambabu, sub eadu stipulaoe qprehensis, et ut censeo; hic è genuinu sensu utriqs tx.s adqus incepit pqire Donel. in d. lg. 52. §. 5. let paru firmiter, et expre, Cujac. v.o magnu J. Ctoru Interpres in lg. vu tradi. 28. d. V. O. aseruit in qsiliarda hac αντινομία ingenuos fateri se nescire: et ambitiosa dissimulare, cuiu qfessioni acqevit subtilissimu Fab. in rat. ad tx. in d. lg. 3. §. 1. et priu agnouerat Gasp. Caualin. in qment. ad tt.u d. eo qd interest. ex n. 201. et varij variè tentarunt exponere, quoru solutiones ex agitat, et acuratè reprobat Nicol. Genoa. nullu, et certu assignans, in lib. leg. qsiliat. ad hos tx: quarè labor noster, et alioru, q illis incumberint, nunqu erit superflus.

Hęc cedant in laudu Dei omnipotentis.

Finis.

[illegible]

Academicus tractatus de Pactis resolutiuis in diem addictionis, et commissorijs in contractu emptionis et venditionis frequentissime apponi solitis. Per D. Antonium de Arguellez et Valdes Div. Pelagij Collegij viridi toga insignitum, et in perillustri Salmanticensi liceo primariæ Codicis cathedræ dignissimo mod. postea maioris Div. Bartholomei togatum.

ANTILOQUIUM

Ex materia emptionis et venditionis ex prescripto almæ matris Academiæ Primarijs Codicis Cathedræ professoribus asignata, eam partem hoc semestri pertractandam selegi, quæ pactum resolutiuum in diem addictionis, et commissorium comprehendit; quia licet ceteras omnes partes ad hanc materiam pertinentes, imo et materias omnes ad hanc cathedram spectantes preteritis annis a sapientissimis antesesoribus insigniter illustratas acceperitis, nobilissimi et amantissimi auditores; hæc etiam, quæ nunc uti ceteras omnes subtilitate et difficultate mehercle facile exuperat: nulla quippe adest in materia emptionis et venditionis, nec certe in aliorum contractuum materia, quæ principijs adeo iucundis constet, quæ tam subtiles questiones complectatur, quæ ad alias dificiles materias equè aditum faciat, et quæ uno verbo dicam, vtilitati pariter, et palato arrideat, de qua videtur cogitasse Seneca lib. 6 de benefic. cap. ? dum dixit: quædam dum queruntur oblectamento sunt, et quæsita vsui.

Ad Rubricam.

1 Diversis nominibus hæc materia pacta resolutiua appellari solita tradidunt plures ex melioris notæ interpretibus. Pactum namque in diem addictionis solet ab aliquibus pactum adiectionis in diem nuncupari: ceterum primum nomen addictionis in diem huic pacto magis proprium et conveniens esse, ut longe verius asserunt Cuiac. lib. 3. quæst. African. in leg. cum in diem 18. ff. de in diem addict. item Faber in ration. ad leg. 1. ff. eodem Duaren. in parafrasi ad eundem tit. Conanus lib. 7 comment. cap. 9 n. 5. Triplex enim

vel

verbum in hac materia frequenter inveniri solet, addictio, adiectio,
abiectio. Addicere significat auctione constituta rem penes eum collocare
qui pluris licitus fuerit, id est obtulerit plus: unde addictio ad rem
ditam refert: adiicere autem est plus offerre, seu meliorem conditionem
adferre; hoc est, supra addicere, pluris licere, seu licitari: Abiicere
est, adiectionem non recipere, id est, meliorem oblatam conditionem repu-
non admittere leg. sabinus 9. ff. de in diem addict. Quare addictio ad rem
venditam, ut dicebam, refert; adiectio autem, et abiectio ad pretium
vel rectius ad meliorem conditionem referunt ut optime docuerunt
et Cuiac. ubi supra et Oualt. lib. 16. comment. Donel. cap. 18 lit. A.
ergo precipuum fini atque noster tractatus dirigit, sit exponere, et
praescribere formam collocandi rem penes eum qui pluris licitus fuerit
virtute pacti resolutivi ut constat ex leg. 1 cum pluribus aliis ff. de in
diem addictione et docent nuper relati interpretes, hocque signifi-
cat verbum addicere ut modo vidimus, merito placet sententia
mantium, hoc pactum resolutivum addictionis in diem appellari debere. Cui
ra de his nominibus scire desiderat, consulat Cottam in memorabili
verbo addictio, et alijs duobus Anton. August. lib. 2 emendat. cap.
et alios quos refert Oualt. d. lib. 16 cap. 18 comment. Donel. lit.
2 Deinde pactum commissorium hoc nomine ab aliquibus nuncupatum, et
vulgo pactum legis commissoriae appellari solitum constat ex pluribus, Anton.
Faber. in ration. ad leg. 1. ff. de leg. commiss. et de errorib. pragmat.
cade 2. errore 1. n. 12. cum duobus sequent. et in suo Cod. lit.
pactis pignorum deffinit. 1. Donel. lib. 16 comment. cap. 19 in prin.
in parafrasi ad tit. ff. de lege commiss. Anton. lib. 2.
cap. 20. n. 7 Cuiac. in paratit. ad tit. ff. de leg. commiss. et in
ad legem ult. ff. de contrahend. empt. Carondas lib. 3 verosimil. cap.
Hoc pactum improprisime commissorium vocari, dicique debere adstruunt,
imperitos, barbaraeque locutionis reos accusant eos, qui pactum
commissoriae illud appellant, eo quod pactum legis commissoriae illud nomine
id est, ac si illud pactum pacti commissorii nuncuparent: quod
ineptum, et absurdum esse nemo videt. legem enim hic
pactionem intelligimus, quam idcirco legem appellamus,

libet conventionibus, idest, ut legem dat contractui leg. legem 10. cod. de pact. leg. 1. § si convenit 6. ff. depositi leg. contractus 23. ff. de regu. iur., quam, et formam contractus vocat Ulpian. in leg. in conventionalibus 52 ff. de verb. oblig.: pactum ergo commissorium, et legem commissoriam semper dicere debemus, nunquam pactum legis commissoriae.

3 Antiquiorum autem purissimae loquutionis. Nilo minus attenti hoc pactum vulgo pactum legis commissoriae dicunt, et frequenter appellant. Quibus rem magis quam nomen attendens consentit Summus Pontifex Inocent. 3.us in cap. significante extravaganti de pignorib.: hanc autem vulgarem locutionem licet minus puram, et impropriam, existimavit posse defendi adhuc Cuiacius lib. 4. de feudis tit. 66 de pacto legis comissor. et in comment. ad tit. cod. de pactis pignorum, ex eo, nam quemadmodum recte dicit actio condictionis in leg. 1 cod. de condict. indebe. et leg. si ut certo nomine 2 cod. de condict. ob causam, pactum conventionis in leg. quotiens 3. Cod. de usuris, conventio pacti in leg. post retentionem 4 cod. de usuris, et in leg. 1 cod. de iur. emphiteutic., ita pariter pactum legis comissoriae dici potest Cuiac. sequitur Sibelinus lib. 3. de usur. quest. 69 n. 6. illius que sententiam quamvis non laudet, excusat tamen egregius Pincianus Preses D.D. Emanuel Gonzalez in notis ad d. cap. significante verb. pactum legis comissoriae.

4 His dictis de proprio nomine pacti comissorii animadversis, aliqua de ratione nominis prelibanda sunt: ideo enim hoc pactum dicitur commissorium, et haec lex comissoria vocatur, non idcirco duntaxat, quod committat, quomodo stipulationem committi ait Paulus in leg. qui Romae 122 § Aggerius 4 ff. de verb. obligat. (de cuius vera resolutione perrepetentes, consulendi sunt subtilis Costa lib. 2 select. cap. 23 Anton. Gomes tom. 2 Varia. cap. 11 n. 36 vers. item adde Donel. lib. 15 comment. cap. 42 scribi Osuald. lit. B) sed ex eo etiam quod haec lex, seu hoc pactum se ipso sine facto hominis statim committit, sola culpa, et negligentia emptoris non solventis, nec offerentis leg. si fundus 4 §. ult. ff. de lege comis. sicut stipulatio interdum se ipsam committit leg. nuda 5 cod. de d. hendi. et commit. stipul. ita docet et recte quidem Faber in ration. ad legem 19 ff. de lege comis. Alii vero existimabant, et optime etiam, ideo hoc pactum commissorium appellari, quia emptori pretium intra diem prefixam non solventi, nec offerenti, res empta admittitur, eo quod in legem

Comm

contractus, ita in pactum contractui adiectum commisit leg. fin. leg. si fundus § elegant 2 ff. de lege comis. leg. comissoriæ 4 cod. de pactis inter em. et vendit. Committi enim apud consultos est aliquid evenire, ob quod a quo debeat aliqua res adimi, quia vel quodpiam factum est, quod fieri non debuit, vel quia factum non est, quod fieri debuit. Similiter pactum, ut res pignorata creditori committat, eiusque fiat, debito intra certum tempus non satisfacto pactum commissorium appellat in leg. ult. cod. de pact. pignor.: itemque dicitur emphiteusis commisa, idest, amissa, cum quis ob non solutum canonem per triennium si res sit alicuius privati, vel per biennium si sit ecclesiæ re in emphiteusim accepta privatur leg. ult. cod. de iur. emphiteut. cap. potuit 4 extravaganti de locato. Merces etiam commisa dicitur, quando in penam non soluti vectigalis domino adimitur, et fisco aplicatur leg. commis. 14 leg. ult. § si quis professus 12 ff. de publicanis et vectigal. leg. omni- bus 13 cod. de vectigal. sic etiam commissi dicitur edictum pretoris in leg. si putavit 8 § in adoptione 11 leg. si post mortem 10 § exheredati 5 ff. de bon. poss. contra tab. docent et illustrant Oualdo lib. 16 comment. cap. 19 lit. B. Duar. in paragraph. ad tit. de lege commiss. Conanus lib. 2 comment. cap. 9 n. 4 et pluribus relatis Magnus Venetian. Preses D. Gonzales in comment. ad D. cap. significante de pignorib. n. 5.

§ Huic autem pacto commissorio inducendo causam dedisse videtur lex duode- cim tabularum, quæ non alit dominium rei venditæ, et traditæ in empto- rem transferri patiebatur, quam si pretium ab eo solutum, aut alio no- mine venditori satisfactum esset leg. quod vendidi 19 leg. utrum 53 ff. de contrahend. empt. et venditæ 40 inst. de rerum divis. ea illatio- one ut adversus perfidiam, aut moram emptoris venditor sibi prospiceret si forte post habitam eius fidem de pretio in eius solutione cessaret; etenim in hoc casu defficiebat potestas legis duodecim tabularum, et consequenter dominij transactio non impediebat, quare et venditori adversus hoc damnum satis tuto consuli posset, naturali certi, et civili ratione pactum commissorium fuit introductum observat Ant. Faber in ratib. ad leg. 1 ff. de lege commis.

betatt. Pactum vero in diem addictionis ab hasta, seu publicis venditionibus in priva- tas venditiones traductum est; eo namque fiscus, et civitates in vendition- one rerum suarum frequenter uti solebant, ut virtute illius res ill- ei addicere possent, qui pluris licitus fuerit, et suam conditionem me- liorem fecerit intra diem præfinitum, vel nullo tempore stabilito in

intra diem vulgarem, qui est com[munem] opinionem in sexaginta dierum argum[ent]o tit. in leg. q[uo]si no[n] tit. 31 § si dicta 22 ff. de edilit. edicto, seu triginta dierum ut relat. Cujac. lib. 33 Pauli ad edictum in leg. necesse 8 ff. de in diem addict. Pacto enim in diem addictionis omisso, nec licitationes admitti poterant, nec res vendita emptori auferri valebant, etiam si civitas venditor esset, dum tamen speciali privilegio addictionis recipiendae non gaudeat, seu de adiectionibus recipiendis propriam legem non habeat leg. Lucius 21 § ult. ff. ad municipalem leg. 1 cod. de vendend. reb. civitat. lib. 11. Ab hac tamen generali regula eximitur fiscus, qui speciali fruitur prerrogativa, ut sit omnis venditio rei fiscalis sub pacto in diem addictionis facta intelligatur d. leg. 1 d. leg. Lucius 21 § ult. leg. tempora 4 cod. de iure, et fide hast. fiscal. lib. 10 leg. penultimam 4 cod. de vectigal.: itaque in venditionibus rerum fiscalium, quamvis nihil dictum sit de adiectionibus admittendis, adhuc tamen ianua licitationibus aperitur intra diem vulgarem, vel intra diem, quem Caesaris procurator praefinierit. Postea tamen obtinuit, ut in venditione rerum fiscalium viginti dies subhastationibus consederentur est authent. hoc ius porrectum cod. de sacros. ecclesijs ubi notavit Acurs. quem sequuntur plures relati ab Azevedo in leg. 3 tit. 11 lib. 9 recopil. Molina lib. 4 de hispan. primogen. cap. 3 n. 46 docet pluribus relatis D. Franciscus de Amaia in d. leg. tempora 4 n. 58 cum duob. sequent. Verum licet hoc fisci privilegium civitas non polleat, tamen extra ordinario remedio in integrum restitutionis licitationes admittere potest, ut subtiliter existimavit Norla in emporio iuris tit. de restit. in integrum quaest. 1 ex n. 46 et docet Amaia ubi nuper n. 60; nostro autem iure Regio quadraginta dies assignantur in auctionibus gabelarum ad licitationes recipiendas leg. 3 tit. 11 lib. 9 recopilat; in alijs vero auctionibus fiscalibus triginta dies distinguuntur leg. 13 tit. 4 lib. 6 ordinament. in omnibus autem civitatibus observanda est forma legis 4 tit. 5 lib. 7 de copilat. docet utrobique Azevedo Gutierres de gabel. lib. 7 quaest. 153 per totam et Amaia ubi supra n. 61.

CAPUT L.m

De modo, seu forma contrahendae venditionis

cum

Cum pacto in diem addictionis, et commissorio, et utrum emptio et venditio his pactis celebrata sit pura, an conditionalis?

1

apponit formula pacti in diem addictionis et commissorij

Receptissima, valde quae in usu fuerunt in contractu emptionis et venditionis pactum in diem addictionis, et pactum commissorium; quoniam in hoc et in utriusque longe facilius homines ad rerum suarum venditiones procedebant. Nam vigore pacti in diem addictionis in nova licitationibus aperta, nullatenus, aut saltim difficulter laesionem in pretio rei venditae timere, nec pati poterant, et virtute pacti commissorij adversus perfidiam, et moram emptoris non solvent. abunde satis sibi prospiciebant. Quare nulla pene fiebat emptio, et venditio, cui aliquod ex his duobus pactis non apponeret. Celebrabatur emptio cum pacto in diem addictionis hoc modo: ille fundus centum esto tibi emptus, nisi quis intra calendas ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res a domino abeat testante Paulo in leg. 1 ff. de in diem addict. venditio vero cum pacto commissorio ita celebrabatur: si ad diem pecunia soluta non fuerit fundus inemptus esto Pomponio affirmante in leg. cum venditor 2 ff. de lege commis. Docet Anton. Faber. in rational. ad utrasque leges conject. lib. 16 comment. cap. 18 in principio ubi Osuald. lit. A et cap. 19 in principio ubi Osuald. lit. C Duaren. in parafras. ad tit. ff. de in diem addict. et de lege commis. Cuiac. in Comment. ad tit. Cod. de pactis inter emptorem et venditorem et in recitation. ad legem cum ab uno 41 ff. de contrahend. emptione lib. 54 Pauli ad edictum in leg. 2 §. Sabinus 3 ff. pro emptor. et lib. 1 de feudis tit. 29 Anton. Gomez tom. 2 variar. cap. 2 n. 30 Conanus lib. 7 comment. cap. 9 n. 4 et 5 Menchaca lib. 3 controver. cap. 69.

2

ad ducit, et decidit questio, an sit venditio his pactis celebrata pura, vel conditionalis

Sed illico maxima inter Iuris consultos suborta fuit controversia an sit venditio cum pacto in diem addictionis, et commissorio, celebrata ab initio conditionalis esse, tanquam sub initialiva conditione contracta, an pura, et sub conditione resolvenda, quasi sub resolutiva conditione facta. Sabinus et cum eo plures ab initio conditionalem esse affirmarunt, eius pro venditionis effectus interdum denegantes ut dicitur ex leg. 2 §. Sabinus 3. ff. de usucap. pro emptore. Ex adverso autem Proculus (ut dictum permittit notissima utriusque scholae emulatio) puram esse ab initio et sub conditione resolvendam existimabat d. leg. 2 §. Sabinus 3 §. si in diem 4. Ceterum Sabini et Proculi iurgio insuper habito placuit media Ulpiani sententia, totam hanc quaestionem ex contrahentium dimettiendam esse affirmans, et utriusque scholae dissidia

componentis, et si ex forma contractus, seu ex verbis à contrahentibus appositis constet expressè voluisse contrahentes venditionem statim ab initio perfectam esse, pura censeatur: veluti si ita dixerint contrahentes: inemptus sit fundus, pecunia addictum non soluta, vel emptus esto nisi alius meliorem conditionem attulerit; aut si ita dixerint: discedat, abeat à venditione et in specie leg. 1 ff. de in diem addit. et leg. 1 et 2 ff. de lege commiss. et leg. res ita 3 ff. de contrah. empt. quoniam nequit inemptus fieri fundus, quin prius venditus sit, nec discedi potest à venditione, quae prius contracta non fuerit ut patet ex leg. ab empto § 8 de pact. et ex leg. 1 et 2 Cod. quando liceat ab empt. discedi. Sin autem contractus perfectionem suspendant in tempus melioris non allatae conditionis, aut pecuniae solutae conditionalis iudicanda sit emptio; veluti si contrahentes ita dicant: perficiatur emptio nisi aliquis meliorem conditionem fecerit, vel si addictum pecunia soluta fuerit: pura namque venditio statim ab initio perfecta; conditionalis autem ea est natura, ut ante eventum conditionis non perficiatur leg. haec venditio 7 leg. si quis fundum 3 ff. de contrah. empt. leg. nario 8 ff. de peric. et commod. rei vendit. in qua docet Anton. Faber in rationali et Cuiac. in recitationib. et lib. 33 Paul. ad edictum in leg. nario 8.

Si vero nunc dubites, et inquiras quomodo conditionalis possit esse venditio, etiamsi ex verbis contrahentium illius perfectio in eventum conditionis suspensa deprehendatur, cum nulla addita particula, quae eam conditionalem esse demonstret. facile respondet: conditionem in praesenti fieri per particulam *nisi* à contrahentibus positam, quemadmodum fieri solet per particulam *si* leg. conditionem 2 ff. de condit. et demonst. leg. haec venditio 7 leg. cum ab eo 41. cum lex centesima ff. de contrah. empt. adverbium enim, seu particula *nisi* idem significat, et nihil aliud est, ut inquit Dn. Iuris Doctorum stilus, quam duplex illa particula *si non* ut dicitur apertè ex leg. si feriatus 6 ff. de ferijs leg. extraneo ff. de ventre in possess. mitten. leg. titia 19 in fine princ. ff. de annuis legat. et ex leg. stichus 20 § titia 2 ff. de aliment. legat. unde idem est dicere emptus esto fundus, nisi alius meliorem conditionem attulerit, vel inemptus sit res, nisi pecunia addictum soluta fuerit, ac si dixissent contrahentes: emptus esto fundus si alius meliorem conditionem non fecerit et docet Accursius in leg. 2 ff. de in diem addit. in illis formulis venditionis, quas explicamus scilicet perficiatur emptio nisi alius meliorem conditionem fecerit vel si addictum pecunia soluta fuerit in super habito adverbio *nisi* totam vim tribuat verbo perficiatur, quod ut posset ex tensione contractus perfectionem in futurum suspensam demonstrare ast.

idem

magis illa particula adattenta, cum haec venditio conditionalis esse possit.

isse ua sica vo as si is e io i bre ci tri tra ter ni

idem perfecto contingit quando non utitur verbum extensivum perfectionis ut voluntas celebrare emptio, sed per quodlibet aliud, quod illius perfectionem ab initio ... ditam ostendat, et in eventum conditionis consistat, veluti si ita dicatur perfecta sit emptio nisi etc., vel quocumque alio modo, et recte docet Anton. Faber in rationali ad d. leg. 2. Quoties cum quae etenim ex ... bis contrahentium venditionis perfectio suspensa dependerit in eventum conditionis explicite per adverbium nisi conditionatis iudicandus est venditionis contractus, ut in praesentiarum evenire affirmamus. Adverbii enim nisi eadem est potestas, quoad efficiendam conditionem, ac particulae si, et in hoc tantum distant, quod particula si constituit conditionem; adverbium vero nisi illam resolvit, ut ditat expressitati iuribus. et docet Emmanuel Costa ... select. cap. 23 n. 6. in fine.

4 Haec tamen doctrinam numeris antecedentibus traditam fortiter impugnat textus in leg. obligationum 44 §. conditio 2 ff. de obligat. et action. ubi contractum stipulationis celebratum per adverbium nisi sine conditione purum esse docet Paulus, veluti hoc modo conceptum Centum dare spondes, nisi navis ex Asia venerit: quippe nulla inter stipulationem sic conceptam, et contractum venditionis cum nostris pactis resolutivis per adverbium nisi celebratum consideraris potest differentiae ratio: corruit ergo tota doctrina superius tradita, quae asserebat emptionem sub pacto in diem additionis, et commissorio per adverbium nisi celebratam si ex verbis contrahentium hoc inter eos esse actum constet, vel conditionalem si ex verbis hoc inter eos placuisse appareat: quoniam Paulus stipulationem per adverbium nisi conceptam nullo habito respectu ad conventionem, et voluntatem contrahentium, semper, et absolute puram, numquam vero conditionalem esse affirmat. Verum huic difficultati omissis solutionibus Accursii, fulgosi, Bartoli, et aliorum ex antiquioribus, quas refert et refellit Costa d. lib. ... cap. 23 ex sententia ... ibidem n. 6 tenendum est: ideo stipulationem celebratam per adverbium nisi in d. §. conditio 2 puram esse, quia particula nisi, et conditio per eam facta posita fuit post perfectionem stipulationis: unde nequit illam, semel perfectam conditionalem reddere, ut docet expresse Paulus in d. §. conditio. diversum per effectum ... in constituenda obligatione adjiceret: etenim magna adest ... crimen inter obligationem, quae ex conditione incipit, et eam quae in ...

Opponitur textus expositus in leg. obligationum 44 §. conditio 2 ff. de oblig. et action.

esse puram

conditionem exigit; id est, inter obligationem, quae conditionem accipit, et distinguat et perficiat, et illam, quae iam perfecta et constituta recepit conditionem; illa namque conditionalis, haec autem pura, vero est quod conditio informem adhuc, et rudem obligationem informare, iam perficere, et distinguere potest; semel vero perfectam, et distinctam ipso iure extinguere non valet, cum non sit modus legitimus extinguendi obligationem perfectam ipso iure.

Quare si iam perfectae et distinctae obligationi adjiciatur, conditio ipso iure inefficax est: quoniam obligationem semel perfectam ipso iure extinguere nequit, cum non sit legitimus modus extinguendae obligationis iam perfectae et distinctae, ideo quae actio producta ex contractu post cuius perfectionem apposita fuit conditio, summo iure efficax remanebit ut distinguit ind. leg. 44 § conditio 2. sed tamen quia valde iniquum, et asperitate plenum erat conditionem à contrahentibus adjectam contra ipsorum voluntatem nihil operari, Praetor pietatis cultor, et equitatis amator desuo remedio exceptionis pacti conventi, vel doli mali, praedictam conditionem efficacem reddit. itaque licet conditio apposita post perfectionem contractus obligationem semel perfectam ipso iure extinguere nequeat, ex beneficio tamen Praetoris opposita exceptione pacti, vel doli mali illius vires enervare poterit. quod ita distingere et observari in specie d. § conditio 2 cuilibet attendenti faciliter aperte constabit; nam conditio quae ibi ad extinguendam perfectam obligationem ipso iure inefficax appellat, si postea existat, efficax reddit beneficio Praetoris ad eam infringendam per exceptionem pacti conventi, vel doli mali docet Cuiac. in lo. immi recit. ad l. obligationem 44 § conditio 2 et ibi etiam lib. 74 Pauli ad edictum.

Sed nec illud, quod nuper diximus: ut conditionem post perfectionem contractus adjectam, quae vim non habuit obligationem iam perfectam ipso iure extinguere, illius tamen vires ex beneficio Praetoris elidere opposita exceptione pacti conventi vel doli

Explicat dicta lex 44 § conditio 2

adhuc exponit d. lex 44 § conditio 2

doli mali, ali quis dicto exemplo, vel facta equiparatione contractus bonae fidei, in dubium vocare posset, constituendae differentiae circa hanc partem contractus bonae fidei et stricti iuris. Si enim apponatur conditio contractui stricti iuris post illius perfectionem, tunc vera est tradita doctrina, quod postea existens conditio obligationis iam perfectae rigorem ex officio praetoris enervabit si pacti, vel doli exceptio opponatur. Si autem contractui post cuius perfectionem conditio adjicitur, sit bonae fidei, tunc perfectae obligationis vires infringunt potestate iudicij bonae fidei, quin opus aliquam exceptionem opponere. Discriminis ratio in eo divisit, in contractibus bonae fidei, cum omnia ex bono et aequo dimentiantur, et exhiberi debent, non est necesse exceptiones allegare: quippe etiam omnino supplentur ex officio iudicis; quoniam ex natura iudicij bonae fidei insunt leg. emptio 3 ff. de rescind. vendit. leg. sed etsi 21 ff. ... leg. huiusmodi 84 §. qui servum 5. de legat. 1; in contractibus autem stricti iuris, quorum natura stricte interpretantur leg. quod ... distinguendum 99 ff. de verb. obl. ubi communiter notat, debent specifice opponi et allegari exceptiones, quoniam omnino non supplentur; itaque ... posuit exceptio in d. leg. obligationem 44 §. conditio 2, necessario debebat opponi, quia celebrata proponitur ibi stipulatio, quae est contractus stricti iuris, ... vero esset, si emptio, et venditio, vel alius bonae fidei contractus celebratus esset et docet Cuiac. in solemn. recit. ad d. §. conditio 2 et ibi etiam ... Pauli ad edictum Anton. Faber. in ration. ad d. legem 3 ff. de rescind. vendit.

instat solutio supra n. 4 tradita ad leg. 44 §. conditio 2

Verum tradita interpretatio ad d. leg. obligationem 44 §. conditio ... ff. de oblig. et action. sit ideo conditionem ibi appositam ... minus explicatam stipulationem conditionalem non efficere, quia post illius perfectionem fuit adjecta, duplici instat ratiocinio: primum ut conditio apposita dici posset adjecta post perfectionem contractus, prius necesse est perfectum esse contractum, ut patet; at quod fuit adjecta conditio adhuc imperfectus erat contractus: quod nequit post illius perfectionem apposita dici ...tio. Maiori evidens; minor sic probatur ut queat perfecta dici stipulatio, naturaliter requirit, ut praecedat interrogatio et sequatur responsio ... prio inst. de verb. oblig. leg. 1. in prio ff. eodem tit. ...

potant etc.; seu ind. § conditio 2, quasi interrogatio praecesserit, tamen apposita fuit conditio ante subsecutam responsionem ut ex verba dictat; infert ergo legitime conditionem ibi adiunctam, non post, ut dicebamus, immo ante perfectionem stipulationis appositam fuisse. 2.m licet fateremur praecessisse interrogationem et responsionem in d. § conditio priusquam fuisset adiecta conditio, adhuc tamen sequens ratio persuadere videtur stipulationem ibi celebratam non puram et perfectam, sed conditionalem fuisse virtute conditionis appositae. Eadem namque est potestas adverbii *nisi* ad conditionem ac particulae *si non* supra n. 3 fundabamus, et in eisdem terminis conditio facta per particulam *si non* stipulationem absque dubio conditionalem efficeret. veluti si ita dictum esset: *centum dare spondes, si navis ex Asia non venerit*, ut sub. tilitat docet Costa lib. 1. select. Cap. 23. n. 1; pariter ergo conditionalis dici debet stipulatio ita concepta: *centum dare spondes, nisi navis ex Asia venerit*, cum idem sit utriusque particulae vigor ad conditionem constituendam.

8 Resolutio harum difficultatum pendet ex cognitione illius theoricae quaestionis, quando scilicet conditio facta per adverbium *nisi* post perfectionem contractus intelligatur adiecta, ideoque eam saltem breviter examinare oportet, et necesse est. Qua in re diversae extant interpretum sententiae: Accurs. in dic. leg. obligationum 44. § conditio 2 ff. de oblig. et act. existimabat conditionem explicatam per particulam *nisi*, tunc tantum appositam intelligi post perfectionem contractus, cum obligationi pure celebratae ex intervallo fuit adjecta conditio; veluti, si ita concepta stipulatione: *centum dare spondes*, post aliquod temporis spatium adiciat, *nisi navis ex Asia venerit*. Accursii sententiam amplectuntur Bald. in leg. quaedibus 40. § quidam sitio 2 ff. de condit. et demonst. et plures ex antiquioribus, quos in d. § conditio referunt Bart. et Alber. Verum ipse met Bart. in leg. sicut 10. § qui iniuriarum 2 ff. si quis caution. n. 1 distinguit. utrum conditio facta per adverbium *nisi* praecedat vel subsequatur obligationem, ita ut si

Antepenult

Parat solutionem ista annexa illa quaestione, quod conditio facta per *nisi* videatur adiecta post perfectionem contractus

anteponat obligationem conditionalem constituat; sin autem postponat, puram, et perfectam relinquat; itaque stipulationem sic conceptam nisi ex Asia venerit, centum dare, spondes? conditionalem vocat; stipulationem vero ita celebratam centum dare spondes, nisi navis ex Asia venerit? puram et perfectam appellat, quoniam illa a conditione incipit, haec autem pure absimulatio celebrata in eventum conditionis desinere creditur. Eandem sententiam defendit Cuiac. lib. 74 Pauli ad edictum in d. leg. 44 §. conditionem tamen adjecto temperamento, nempe, quod sive conditio praecedat obligationem, vel subsequatur, semper conditionalis erit stipulatio, si de solvenda conditione resolvatur: velut si ita dixerint contrahentes: nisi navis ex Asia venerit centum non dato: aut ita centum ne dato nisi etc. et hanc rationem exponit Sabolenus in leg. quibus diebus 40 §. quidam ... de conditionibus et demonstr. Sed de veritate huius sententiae in fine huius capitis postea dicemus.

9 refertur sententia Cortes, additur quaestionem

Alter animadvertant alii, quos refert subtilis Cortes d. lib. 1 select. cap. 23. n. 1. ipse tamen quaestionem versari censet inter conditionem factam per adverbium nisi, et explicatam per particulam si non; illa ut illa sive praecedat, vel sequatur obligationem, puram et perfectam contractum relinquat; haec vero ante posita conditionalem obligationem efficiat. Discriminis autem rationem in eo consistere docet, quod haec conditio ut posita negativa adjecta creditur ad constituendam conditionem: illa vero tanquam resolutiva, ad resolvendam perfectam obligationem videtur apposita: ... dit eque ex sententia Pauli puram et perfectam fore stipulationem in leg. obligationem 44. §. conditio 2, licet conditio ibi apposita obligationem praecederet, quoniam semper et omni eventu ad resolvendam puram et perfectam obligationem adjecta censetur; nisi ut ipse met ibidem ait. n. 3 ... aliud voluisse contrahentes ex verbis contractus ... ter appareat. ut in specie leg. 1 ff. de in diem adject.

10 decidit praedicta quaestio

Sed his insuper habitis credere veritatem propositae quaestionis magis elucescere, longeque clarius expediri posse ... sito, et distincto casu circa voluntatem contrahentium. ... constat aperte voluisse contrahentes puram et perfectam esse contractum aut manifeste patet, conditionalem esse voluisse, vel non ... aparet, puram an conditionalem esse voluisse. Si enim aperte constat contrahentes puram esse contractum voluisse, purus, et statim perfectus ...

erit, sive conditio praecedat, vel subsequatur, vel habita distinctione an sit initiativa, aut resolutiva; quoniam nullo eventu conditionalis potest esse contractus. Itaque licet conditio anteposita, vel postposita sit explicata per adverbium nisi, vel per particulam si, aut si non, nullatenus contractum conditionalem efficiet. Nec obest conditiones factas per particulas si, et si non, quamvis natura initiativas esse, et ad distinguendam conditionem semper adjici solitas, consequenter quod contractum semper conditionalem efficere debere: etenim respondemus: hoc verum esse, et ita procedere, si contrahentium voluntas, quam expresse demonstret, eos purum et perfectum contractum celebrare, sed exituri vigore cuius dicet particulae, sua autem natura inducentis conditionem initiativam: quippe ob particula huius qualitatis a contrahentibus adjecta, ne ipsorum expressae voluntati opponat, relicta propria natura ex influxu voluntatis, aliam mutuat, ex initiativa quae resolutiva distinguitur. Quare si celebretur contractus, quem ex verbis contrahentium constet aperte de mente eorum voluntatem purum, et perfectum celebratum fuisse, sive illi adjiciatur conditio ex sua natura initiativa vel resolutiva, purus et illico perfectus erit, et sub conditione resolvetur: quoniam conditio facta per particulam si aut si non quamtumvis sua autem natura sit initiativa, ne tamen aliquid operetur contra voluntatem illorum apponentium adjicitur, transit in naturam resolutivae conditionis, et idcirco, sive praecedat, vel subsequatur purum contractum relinquit, et sub conditione resolvit. De conditione facta per adverbium nisi constat hoc manifeste ex leg. quoties 2 ff. de indic. addict. et ex leg. cum venditor 2 ff. de lege commissor. De conditione vero explicata per particulam si, aut si non de qua est difficultas aperte mihi probant textus decerti in leg. cum ab eo 41 et in leg. ab eo 50 de contrah. empt. et optime probari potest ex leg. cum vir 25 juncta leg. si vir 61 ff. de condit. et demonst. optimus textus in leg. 1 in princ. ff. eodem juncto quis terminis diversis Donel. lib. 8 comment cap. 33 nec non leg. 5 cod. quando dies legati cedat juncto Donello lib. 8 comment. Cap. 31 Praeceptor noster lib. 2 opusculorum lect. 4 cap. 3

num.

num. 4 cum sequentib.

41 Ostendit vera decisio quaestionis in 1° Cam assignata

Caeterum ne haec doctrina ut potè minus trita, insolens, et a recto iuris tramite alicui videatur aliena multiplici iuris ratione eam adiuvam, et rectae iuris disciplinae conformem ostendam. Sit 1ª ratio; conditio facta per particulam si, aut sinon ex communi opinione imitativa de qua ex voluntate contrahentium oredit, praesumit quae adjecta ad conditionalem obligationem conditionalem; at haec praesumptio cessat narratio, quando expresse voluisse contrahentes purum celebrare contractum; quoniam si qualitas conditionis dependet a voluntate contrahentium, quoties extat hujus pro perfectione, et puritate contractus, immutabit naturam qualitatis conditionis, quae licet natura sua sit imitativa, obstantem ex potestate voluntatis resolutivae conditionis naturam assumit, ne alteram contra expressam voluntatem contrahentium, a qua dependet, conditionalem obligationem constituat. 2ª ratio est prioris nuper relatae confirmativa voluntas apponentis conditionem alicui actui, eam regit, et gubernat leg. in conditionibus 19 ff. de condit. et demonst.; sed dici non potest conditionem a voluntate dirigi, quoties illi contraria relinquit: quoniam ut voluntas contrahentium, qui apposuerunt conditionem sua natura imitativam contractui, quem pure celebrarunt, possit regere conditionem, debet eam ad se trahere, et propria, qua ornat puritatis et perfectionis veste, induere; tunc sic. sed hoc contingere nequit, si conditio interpretetur imitativa; quoniam est apposita voluntati; igitur ut conditio a voluntate regatur, debet propriè resolutiva constitui, et consequenter contractus cui adiicitur, purus, et statim perfectus remanebit sub conditione resolvendus. Sit 3ª ratio; licet aliqua verba a contrahentibus prolata sint, quae propriam et peculiarem habeant significationem; si tamen voluntati contrahentium ex aliis verbis expresse elicitae opposita sint, ab eorum significatione recedi oportet, et contrahentium voluntas amplectenda est arguo text. in leg. non aliter 69 ff. de legat. 3. quoniam tametsi conditio explicata per si aut sinon propriè significet conditionem imitativam; quando tamen contraria est voluntati significatio, verborum sonitus negligendus est, et voluntatis sensus admittendus: satis ergo ex his rationibus manifeste colligitur

purum et illico perfectum esse contractum, quoties constat ex parte voluisse contrahentes eum purum celebrare. Resolutum quando illi apponitur resolutiva conditio, in quo parum aut nihil est difficultatis, verum est de initiativa conditio ei adiicitur ante posita, vel post posita; quoniam ex influxu voluntatis resolutivum conditionis naturam, et qualitates assumit. Quam doctrinam, et in ultimis voluntatibus aequi procedere mihi facilè persuadeo, et videlicet maxime, quia morientium voluntates plenius interpretantur leg. plerumque 12 ff. de regul. iur.

12 ad ducit 2.um casum ad decisionem quaestionis

In 2.º vero casu, quando ex verbis contractus constat aperte, voluisse contrahentes contractum sub conditione celebrare, omnia ex adverso intelligenda sunt; erit itaque procul dubio in isto casu conditionalis contractus, non solum si sub initiativa conditione celebretur, sed etiam si sub resolutiva ante posita, vel post posita concipiat: quippe omnes rationes, quae in proximè antecedenti casu probabant, initiativam conditionem virtute voluntatis, resolutivam effici, ut contractus purus 2.m voluntatem contrahentium remaneret, pariter probant, resolutivam in praesenti, ex influxu etiam voluntatis, initiativam naturam assumere debere, ut 2. voluntatem contrahentium conditionalis relinquat contractum: nam sicut in illo casu, quia pendet à voluntate conditio, ab ea regi debet, similiter in isto ab ea dependet; et ideirco ab illa pariter dirigi debet. Voluntas enim, ut parte longe nobilior, et excelentior conditionem adiectam in utroque casu adaequabit, et ut ancillam sibi ministrare iure compellit. Erit igitur conditionalis contractus, quoties hoc voluisse contrahentes constat expressè, licet sub resolutiva conditione explicata per nisi praecedente, aut subsequente, celebratus fuerit expressus textus in leg. quoties 2 ff. de in diem addict. et in leg. 2 § Sabinus 13 ff. de iure cap. pemptor.

13 ad ducit et exponit 3.um casum ad decisionem praedictae quaestionis.

Tandem in 3.º et ultimo casu, quando non aparet, purum an conditionalem esse contractum voluisse contrahentes, totam litem ex natura conditionis appositae dirimendam esse ut talem. Planè si adiecta conditio facta est per si, aut si non, quae sua natura est initiativa, conditionalis erit contractus, vel ut si sit ita dictum: si vendituri res, aut celebratur conditio, vel stipulatio, si

rati-

navis venerit, vel si pecunia soluta fuerit; aut ita: si navis venerit, vel si alius meliorem conditionem non fecerit: et non distinguatur, an praecedat an subsequatur conditio. Sin autem apposita conditio sit explicatam [illegible] quae natura sua est resolutiva, sive praecedat, vel subsequatur, purus ex initio perfectus erit contractus. etenim cum initiativa conditio sit tantum ad distinguendam conditionem; resolutiva vero ad obligationem perfectam resolvendam, contractus sub illa celebratus, in dubio voluntatis conditionalis erit; sub ista vero conceptus purus remanebit. quoniam debet in ambiguo destrui natura conditionis appositae, neque illius effectus commutari: maxime, quia ubi non adest expressa voluntas, a qua conditio dirigatur, quaelibet ad eum finem ad quem fuit introducta, et voluntatem in ea implicitam recto tramite tendit, quin alio inclinari vel a propria, et peculiari illius significatione recedi possit. d. leg. in conditionibus 19 ff. de condit. et demonst. d. leg. non aliter 61 [illegible] de legat. 3. Sed enim vero ne aliquis remaneat scrupulus, hic breviter observandum est (quia de hoc postea latius), quod si venditio simpliciter celebretur sub nostris pactis resolutivis, quin verba contrahentium voluntatem exprimant, veluti si dictum sit vendo sub pacto in diem addictionis, vel commissorio, in dubio purus erit contractus quasi sub implicita resolutiva conditione celebratus leg. 2 §. sabinus 3 cum sequent. ff. de emptore.

8 Ex horum trium casuum differentia reddi potest ad textum in leg. fideicommissum 11 §. si fideicommissum ff. de legat. 3 ubi purum est fideicommissum [illegible] dicat Costa loco citato utpote sub nisi relictum et per verba designantia praesens tempus.

14 Ex his tamen longe petitis facile se offert solutio ad difficultates oppositas supra n. 7 etenim respondemus ideo in d. leg. ob [illegible] gationem 44 §. conditio 2 ff. de oblig. et action. purum remanere stipulationem non obstante conditione ibi apposita, quia ut [illegible] subtilis Costa d. lib. 1 select. cap. 23 n. 6 adiecta fuit ibi conditio post perfectionem stipulationis, unde nequit eam semel perfectam conditionalem reddere. Sed observandum est hoc exeo non procedere, [illegible] apposita fuerit ibi conditio postquam fuit celebrata stipulatio, ut [illegible] nus recte existimabant Accursius, Bart., et Cuiac. in locis [illegible] n. 8 relatis, sed ex eo potius, quia voluerunt contrahentes stipulationem pure celebrare: quare licet conditio praecessit, quasi purum esse stipulationem responderet ibi Paulus ut recte docuit [illegible]

Dissolvuntur difficultates supra n. 7 oppositae ad d. leg. 44 §. conditio 2 de verb. oblig.

in Costa ubi nuper ibi, quae perfecti diceret si conditio in ipsa celebratione contractus, hoc est, inter interrogationem et responsionem adjecta esset, nam conditio explicata per nisi, cum sua natura sit resolutiva, sive praecedat obligationem, vel postponatur, aut in ipsius celebratione apponatur, contractum purum et perfectum semper relinquit; quoniam ex voluntate contrahentium, quoties de contraria expresse non constat, adjecta creditur ad puram obligationem rescindendam, ut num. proxime anteriori dicebamus. Secus autem foret si conditio apposita facta fuisset per sinon, nam quamvis idem significet haec particula, ac adverbium nisi, adest tamen longa differentia inter utramque conditionem: etenim conditio facta per sinon est initiativa, unde ex implicita voluntate adjecta creditur ad differendam obligationem conditionalem, sive praecedat, vel subsequatur. Itaque in ambigua contrahentium voluntate multum interest an conditio apposita sit explicata per nisi, aut sinon, quippe illa, ut resolutiva contractum purum relinquit, et sub conditione resolvit: haec vero tanquam initiativa contractum ab initio conditionalem constituit. Si vero contrahentium voluntas stet aperte pro puritate, et perfectione contractus, inter utramque conditionem nullum debet considerari discrimen; quoniam purus semper, et omni eventu perfectus erit contractus ut late n. 11 supra dicebamus.

15 Sed ante quam hinc abeamus, ut Pauli mens perfecte illustrata relinquatur in d. leg. obligationem 44 § conditio 2 ff. de obligat. et act. certe dissimulare non possumus, ut fecerunt interpretes curiosam quidem, et nimis ingentem difficultatem, quae illius decisionem difficilem valde, et a nostris principiis penitus alienam persuadere videtur. Cur enim resolutiva conditio post perfectionem stipulationis apposita in d. § conditio stipulationem ipso iure non resolvit, sed virtute exceptionis pacti conventi, vel doli mali duntaxat infringitur? Cum 2.^m nostra principia non solum stipulationis actionem ipso iure extinguere, quinimo et ipsius etiam conceptum, et imaginem abolere debeat. Quod sic ostenditur, ideo pacta legis addictionis et commissoriae existente conditione pecuniae non solutae, vel melioris allatae conditionis puram et perfectam venditionis contractum ipso iure resolvunt, illiusque imaginem delent, quoniam apposita in celebratione contractus ad ipsius resolutionem iudicium contrahentium formant, dant legem contractui, et ipsius portio existimant, ut docent

Pragm. Dec. lib. 2 opusc. sect. 4 cap. 1 n. 7 et 8. et cap. 2. n. 6 Donel. lib. 16 comment. cap. 19 vers. ac de adjectione et Anton. Faber. in tract. ad d. legem 2.^m

opponitur non vulgare dubium ex dict. leg. 44 § conditio 2

ff. de iudic. addict. in fin. et ad leg. si fundus 4 ff. de lege commiss. eadem ratio adest pariter in pactis adiectis in celebratione contractus stricti iuris leg. rogasti ll § si tibi 1. leg. lecta 4 ff. de rebus credit. leg. 4 § ult. ff. de pact. Preceptor Peters d. lib. 2 sect. 4 cap. 1. n. 3 et proinde quemadmodum conditio resolutiva apposita in contractibus bone fidei eos ipso iure resolvit, sic similiter resolutiva conditio adiecta contractibus stricti iuris debet ipso iure illos extinguere, quin ad eorum resolutionem opus sit exceptionem opponere.

16 tradit quedam evasio difficultatis et reiicit

